[266] [κα'. Περὶ μίσυος.] Μίσυ. κατὰ τὸ μέταλλον ἐν Κύπρῳ τὸ προειρημένον ἐν τοῖς τῶν Σόλων ὄρεσι μέγας τις ἦν οἶκος, οὗ κατὰ τὸν δεξιὸν τοῖχον, ὡς πρὸς ἡμᾶς δὲ τοὺς εἰσιόντας ἀριστερὸν, εἴσοδος ἦν εἰς αὐτὸ τὸ μέταλλον, ἐν ᾧ τινας ἐθεασάμην ἐπὶ πλεῖστον ἐκτεταμένας οἷον ζώνας ἐπ' ἀλλήλαις τρεῖς, ταπεινοτάτην μὲν τὴν τοῦ σώρεως, ἐπ' αὐτῇ δὲ τὴν τῆς χαλκίτεως, εἶτα τοῦ μίσυος. ὁ δὲ κατ' ἐκεῖ-

ſuffocantes ruſticus quidam uti eo aſſolet et ſemper profuiſſe probatum eſt. Caeterum nitro uſto ſimul et non uſto, et multo etiam magis ejus ſpuma in talibus uti conſuevimus.

[19. *De melanteria.*] Melanteria ex medicamentis eſt multum aſtringentibus cum hoc quod omnia propemodum aſtringentia tenuitate partium exuperet.

[20. *De atramento ſcriptorio.*] Atramentum quo ſcribimus admodum et ipſum deſiccat aqua ſolutum. Ulcera autem igni ambuſta protinus illitum juvat, at ſi acetum quoque habeat, multo magis.

[21. *De miſy.*] Miſy. In metallo Cypri, cujus modo mentionem feci, in montibus Solorum domus erat ingens, cujus ad parietem dextrum, ſed ad nos utique qui ingrediebamur ſiniſtrum, deſcenſus erat in ipſum metallum, in quo quasdam conſpexi in longiſſimum porrectas veluti zonas alias ſuper alias, numero tres: infima erat ipſius ſoreos: ſuper quam erat altera chalciteos, ſuprema miſyos. Caeterum id

νον τὸν καιρὸν ἐπίτροπος τοῦ μετάλλου, δεικνύς μοι ταῦτα, καθάπερ, ἔφη, νῦν ἥκεις ἐν πενίᾳ τῆς καμινευομένης καδμείας ὄντων ἡμῶν, οὕτω ἐν πλούτῳ θαυμαστῷ τὰ τρία ταῦτα ὁρᾷς καθεστηκότα. καὶ τοίνυν καὶ λαβὼν ἐξ αὐτοῦ πάμπολυ πρῶτον μὲν εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐκεῖθεν δ᾽ εἰς τὴν Ῥώμην ἐκόμισα καὶ μέχρι νῦν ἔσχον ἐτῶν μεταξὺ γενομένων ὡς λ΄. καὶ κατά τινα τύχην ἡ προκειμένη πραγματεία μέχρι μὲν τῆς ὀγδόης βίβλου προῆλθεν, ὡς πρὸ ἐτῶν εἴκοσιν, οὐ προστεθέντος αὐτῇ τοῦ ἐννάτου τούτου, διὰ τὸ τινὰς μὲν τῶν λίθων μηδέπω τεθεᾶσθαι. καὶ μέντοι καὶ τὰς μεταξὺ γενομένας ἀσχολίας ἑτέρων ἕνεκα. νυνὶ δὲ προστεθέντος μου τὸ ἔννατον τοῦτο βιβλίον, ἐν τῷ μεταξὺ συνέβη τι θέαμα κατὰ τύχην κάλλιστον, ὅπερ ἐξεπίτηδες ἄν τις αὐτὸς ἐτεχνήσατο. δεηθεὶς γὰρ εἴς τι φάρμακον σκευαζόμενον μίσυος, ἀνειλόμην ὡς χειροπληθῆ βῶλον, οὐ πάνυ τι τοιαύτην σύστασιν ἴσχοντος τοῦ μίσυος, ἀλλὰ κατὰ μικρὰς ἑνώσεις διαλυομένου. θαυμάσας οὖν τὴν ἀήθη πύκνωσιν αὐτοῦ καὶ θλάσας τὴν βῶλον, εὗρον ἐπιπολῆς μὲν ἐν κύκλῳ τὸ μίσυ καθάπερ

temporis praefectus metalli his commonftratis, ficut, inquit, nunc advenis in cadmiae fornacariae inopia, ita horum trium admirandas has vides divitias. Itaque ego ingenti ejus accepto pondere, primum quidem in Afiam, deinde Romam attuli et usque modo habui, elapfis jam annis plus minus triginta. Et forte quadam abfolutum fuit hoc opus adusque octavum librum ante annos viginti, nec adjectus fuit nonus, partim quod lapides quosdam nondum confpexiffem, partim ob alia negotia quae mihi interea temporis obvenere. Nunc autem quum nonum hunc librum caeteris addere pararem, interea forte fortuna mihi accidit res fpectatu longe pulcherrima, ac fi quispiam eo ftudio ac induftria magno cum artificio effeciffet. Nam quum mify opus haberem ad medicamentum quodpiam praeparandum, bolum ejus accepi quantum fere plena manu teneas, qualem fane confiftentiam mify non admodum folet habere, quum in parva frustula dividatur. Miratus itaque infolitam ejus condenfationem bolo fracto extimum quidem mify circumquaque reperi ejus quod

ἐπάνθισμά τι τοῦ ἔνδον. ἐπ᾽ αὐτῷ δὲ μεταξὺ χαλκίτεώς τε καὶ μίσυος οἷον ἡμίῤῥοπός τις ἐκ χαλκίτεως εἰς μίσυ μεταβολή. τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς βῶλος ἦν χαλκίτεως. ὅσον δ᾽ ἐν τῷ βάθει χαλκῖτις ἀκριβὴς ἦν, ἔτι μηδεμίαν ἀλλοίωσιν ἐσχηκυῖα. τοῦτ᾽ αὖν θεασάμενος, ἐννοήσας τε καὶ κατὰ τὸ μέταλλον, οὕτως ἐπὶ τῇ χαλκίτιδι γεννᾶσθαι τὸ μίσυ, καθάπερ τὸν ἰὸν ἐπὶ τῷ χαλκῷ, τὸ διασωζόμενον ἔτι παρ᾽ ἐμοὶ τοῦ σώρεως, ἐσκοπούμην εἴ τινα μεταβολὴν εἰς χαλκῖτιν λαμβάνοι καὶ βραχεῖά τις ὑπόφασις ἐφάνη τάχα καὶ αὐτὴ χρόνῳ πολλῷ δυνησομένη τὴν μεταβολὴν εἰς χαλκῖτιν ἔχειν, ὥστ᾽ οὐδὲν θαυμαστὸν ὁμογενοῦς εἶναι δυνάμεως τὰ τρία φάρμακα, τὸ σῶρυ λέγω καὶ τὴν χαλκῖτιν καὶ τὸ μίσυ, διαφέροντα λεπτομερείᾳ τε καὶ παχυμερείᾳ. παχυμερέστατον μὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ σῶρυ, λεπτομερέστατον δὲ τὸ μίσυ, μέσην δ᾽ ἀμφοῖν δύναμιν ἡ χαλκῖτις ἔχει. καίονται πάντα τὰ τρία καὶ τὰς καλουμένας ἐσχάρας ἐργαζόμενα, μετέχει γε μὴν καίτοι καίοντα στύψεως. ἧττον δ᾽ ἐν τῷ προσφέρεσθαι ταῖς σκληραῖς

intus erat velut efflorefcentiam. Porro fub eo inter chalcitin videlicet et mify quiddam erat medium vergens ex chalcite ad mify ex dimidio jam commutatum, principio enim bolus fuerat chalciteos, caeterum quod in alto erat perfecta erat chalcitis nullam dum alterationem experta. Hoc igitur ubi vidiffem, cogitatione repetens et in metallo ita fuper chalcitin nafci ipfum mify ut aerugo fuper aes, in mentem fubiit infpicere quod fervabatur adhuc apud me reliquum ipfius foreos, numquid et ipfum ullam accepiffet mutationem in chalcitin, et quaedam certe apparuit fufpicio, ut videretur et ipfum forte longo tempore mutationem in chalcitin poffe accipere. Itaque mirum non eft tria haec medicamenta ejusdem genere facultatis effe, fory dico et chalcitin et mify, tenuitate partium et craffitie inter fe diverfa; craffiffimum enim eft inter ipfa fory, tenuiffimum mify, mediam utriusque facultatem habet chalcitis. Adurunt univerfa haec tria et efcharas quas vocant efficiunt, attamen etiamfi urant nonnihil quoque aftringunt Caeterum mify

Ed. Chart. XIII. [266. 267.] Ed. Baſ. II. (127.)

σαρξὶ δάκνει τὸ μίσυ τῆς χαλκίτεως, καίτοι γε οὐχ ἧττον αὐτῆς ὂν θερμὸν, ἀλλ' ἐκ τοῦ κατὰ τὴν οὐσίαν λεπτομεροῦς ἔχει τοῦτο. χυτῶν δ' ὄντων ἀμφοτέρων ἐν ταῖς ἑψήσεσιν, καὶ μᾶλλόν γε τῆς χαλκίτεως ἢ τοῦ μίσυος, οὐ τήκεται τὸ σῶρυ, διὰ τὸ λιθωδεστέραν τε καὶ σφοδροτέραν ἔχειν τὴν πῆξιν, ὥσπερ αὖ πάλιν τὸ μίσυ τῷ κατειργάσθαι διὰ τῆς συμφύτου θερμότητος, ξηρότερον ὂν τῆς χαλκίτεως, εἰκότως δὲ καὶ δυστηκτότερόν ἐστιν.

[267] [κβ'. Περὶ μολυβδαίνης.] Μολύβδαινα λιθαργύρῳ παραπλησίαν ἔχει δύναμιν, ἀποκεχωρηκυῖα βραχύ τι τῆς μέσης κράσεως ἐπὶ τὸ ψυχρότερον, ἀλλ' οὐδὲ ῥυπτικῆς μετέχει δυνάμεως, ἔστι δ' ἄμφω τὰ φάρμακα τηκτὰ καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ λίθοι καὶ ἡ καδμεία καὶ ἡ ψάμμος ἄτηκτα. ταχίστη δ' αὐτῶν ἡ τῆξις γίνεται προσλαβόντος ὄξους τοῦ ἐλαίου. τήκεταί γε μὴν καὶ εἰ ὕδωρ μίξας ἐπιπλεῖστον ἑψήσαις. ὥσπερ δ' ἐν Κύπρῳ τὴν ἐν τοῖς ὄρεσιν καὶ ῥύαξι γεννωμένην καδμείαν ἔλαβον οὖσαν, ὡς ἔφην, εἶδός τι λίθου, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ μολύβδαιναν, ἐῤῥιμμένην

admotum corporibus duris minus chalcite mordicat, tametſi ea non minus ſit calidum, verum id habet beneficio tenuitatis partium. Porro quum utraque haec in decoctionibus funduntur et magis chalcitis quam miſy, ſory, tamen non liquefcit, nimirum quod lapidoſius ſit ac vehementius compactum, ſicut rurſum miſy, quia a congenito calore elaboratius eſt ac proinde ſiccius chalcite, idcirco merito quoque aegrius liquefcit.

[22. *De plumbagine.*] Molybdaena ſimilem lithargyro vim poſſidet, tantum a media temperie ad frigidius paulum quid recedens, ſed nec abſtergentis facultatis eſt particeps. Utraque autem haec medicamenta liquari poſſunt, ac non ut lapides et cadmia et arena liquationem reſpuunt, ſed celerrime liquantur, ubi oleo additum nonnihil aceti eſt, liquantur tamen etiam admixta aqua, ſed diutiſſima coctione. Porro ceu in Cypro cadmiam quae in montibus et rivis naſcitur accipiebam, quae et ipſa lapidis, ut dixi, ſpecies eſt, ad eundem modum molybdaenam multam

παμπόλλοις ἅμα τοῖς ἄλλοις λίθοις ἐθεασάμην κατὰ τὴν εἰς Ἐργαστήρια φέρουσαν ὁδὸν ἀπὸ Περγάμου. καλεῖται δ' Ἐργαστήρια κώμη τις, ἐν ᾗ καὶ μέταλλά ἐστι, μεταξὺ Περγάμου καὶ Κυζίκου, σταδίους ἀπέχουσα Περγάμου τετρακοσίους τεσσαράκοντα.

[κγ'. Περὶ μολύβδου.] Μόλυβδος δυνάμεώς ἐστι ψυκτικῆς. ἔχει γὰρ οὐ μόνον ὑγρὰν οὐσίαν πολλὴν ὑπὸ ψύξεως πεπηγυῖαν, ἀλλὰ καὶ ἀερώδη, τῆς γεώδους ὀλίγης μετέχων. ὅτι μὲν οὖν ὑγρὰν οὐσίαν ἔχει πλείστην ὑπὸ ψύξεως πεπηγυῖαν ἡ γινομένη διὰ ταχέων, ἐπειδὰν ὁμιλήσῃ πυρὶ, χύσις τε καὶ ῥύσις αὐτῷ γινέσθω σοι τεκμήριον. ὅτι δὲ καὶ ἀερώδη, σημεῖον τόδ' ἐστίν. μόλυβδος μόνος ὧν ἴσμεν αὐξάνεται καὶ ὄγκῳ καὶ σταθμῷ, κατατιθέμενος ἐν οἴκοις καταγείοις ἀέρα θολερὸν ἔχουσιν, ὡς εὐρῶτος πληροῦσθαι ταχέως τὰ κατ' αὐτοὺς κείμενα· καὶ οἱ τοὺς πόδας δὲ τῶν ἀνδριάντων συνδοῦντες τοῖς λίθοις μόλυβδοι πολλάκις ὤφθησαν ηὐξημένοι. καί τινες εἰς τοσοῦτον ἤρθησαν ὄγκον, ὡς ἀποκρεμάννυσθαι τῶν λίθων ὁμοίως κρυστάλλῳ. ταῦτα

cum aliis projectam lapidibus conſpexi in via quae ad Ergaſteria ducit a Pergamo. Vocatur autem Ergaſteria pagus quidam in quo et metalla ſunt inter Cyzicum et Pergamum quadringentis et quadraginta ſtadiis diſtans a Pergamo.

[23. *De plumbo.*] Plumbum facultatis eſt refrigerantis. Siquidem non multam habet ſubſtantiam humidam a frigroe congelatam coactamque, ſed et aëream, paucam autem terream. Igitur quod plurimum habet eſſentiae humidae a frigore coactae, indicium tibi eſto quod ubi admotum eſt igni celeriter funditur fluatque. Quod vero et aëreae ſit particeps, hoc habeto ſignum. Omnium quae novimus unicum plumbum tum mole ipſa tum pondere augetur, ſi condetur in aedibus ſubterraneis aërem habentibus turbidum, ita ut quaecunque illic ponantur, celeriter ſitum colligant. Tum etiam plumbea ſtatuarum vincula, quibus earum pedes annectuntur, ſaepenumero creviſſe viſum eſt et quaedam adeo intumuiſſe ut ex lapidi-

Ed. Chart. XIII. [267.] Ed. Baſ. II. (127.)

μὲν οὖν πιθανὰ πρὸ τῆς πείρας γνωρίσματα τῆς ὑγρότητός τι καὶ ψύξεως αὐτοῦ. τὰ δ᾽ ἐπιστημονικά τε καὶ βέβαια διὰ τῆς πείρας γινώσκεται. θυίαν γοῦν σκευάσας ἐκ μολύβδου, μετὰ δοίδυκος μολυβδίνου βαλὼν εἰς αὐτὴν, ὅ τι ἂν ἐθέλοις ὑγρὸν, εἶ τρίβοις, ὡς ἀνεῖναι χυλόν τινα τόν τε δοίδυκα καὶ τὸν μόλυβδον, τὸ γεννώμενον ἐξ ἀμφοῖν εὑρήσεις πολὺ ψυχρότερον τὴν δύναμιν ἢ τὸ ὑγρὸν ἐτύγχανεν ὄν. ἔξεστι δ᾽ ἐμβάλλειν σοι καὶ ὕδωρ καὶ οἶνον λεπτὸν ὑδατώδη καὶ ἔλαιον καὶ πᾶν ὁτιοῦν τοιοῦτον. εἰ δὲ καὶ μᾶλλον βούλοιο τὸν χυλὸν ἐμψυκτικὸν ποιῆσαι, τὸ ἔλαιον ὀμφάκινον ἢ ῥόδινον ἢ μήλινον ἢ μύρσινον ἔστω. τῷ δὲ γεννωμένῳ χυλῷ χρώμενος εἴς τε τὰς ἐν ἕδρᾳ μεθ᾽ ἑλκῶν ἢ στολίδων ἀνεχομένας φλεγμονὰς, εἴς τε τὰς ἐν αἰδοίοις καὶ ὄρχεσιν καὶ τιτθοῖς, ἄριστον ἕξεις φάρμακον. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων ῥευμάτων ἀρχομένων, ὅσα τε βουβῶσιν ἢ ποσὶν ἢ τοῖς ἄλλοις ἄρθροις ἐγκατασκήπτει, καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἕλκεσι τοῖς κακοήθεσιν, ὡς καὶ πρὸς τὰ καρ-

bus dependerent cryſtalli modo verrucae. Atque hae probabiles quidem ſunt humiditatis ejus frigiditatisque notae priusquam experiaris. Caeterum ſcientificae et certae per experientiam cognoſcuntur. Praeparato igitur mortario ſimulque piſtillo utrisque ex plumbo infunde quemlibet liquorem, itaque terito ut et piſtillus et plumbeum mortarium ſuccum quendam reddant, id quod ex utroque conſtabit, multo erit frigidius quam liquor ipſe fuerat. Licet autem et aquam et vinum tenue aqueum et oleum injicere aut quidvis ejusmodi. At ſi etiam plus efficere ſuccum voles refrigeratorium, oleum omphacinum aut roſaceum aut melinum aut myrtinum. Porro ſi ſucco qui proveniet uti voles, optimum habebis remedium et ad phlegmonas in ſede cum ulcere aut rugis et ad eas quae in pudendis teſtibusque et uberibus conſiſtunt, ſimiliter adverſus caeteras omnes fluxiones incipientes, quae aut in inguina aut in pedes aut in alium quemvis articulum decumbunt. Sed et ulceribus rebellibus utile eſt; nam ad can-

κινώδη χρησάμενος αὐτῷ θαυμάσεις τὸ φάρμακον. εἰ δὲ βούλει διὰ ταχέων πλεῖστον ἀθροῖσαι τοῦ μολύβδου χυλὸν, ἐν ἡλίῳ πειρῶ τρίβειν ἢ ὁπωσοῦν ἀέρι θερμῷ γεγονότι. πολύχρηστον δ᾽ ἔσται σοι τὸ φάρμακον, εἰ καὶ τῶν ψυκτικῶν χυλῶν ἐμβαλὼν τρίβοις, οἷον ἀειζώου, κοτυληδόνος καὶ σέρεως καὶ θριδακίνης καὶ χονδρίλης καὶ ψυλλίου καὶ ὄμφακος καὶ ἀνδράχνης. [268] ὅσα δὲ τούτων οὐ μεθίησι ῥᾳδίως χυλὸν, ὥσπερ καὶ ἡ ἀνδράχνη, μιγνύειν αὐτοῖς τινα τῶν ἄλλων ὑγρῶν, οἷος καὶ ὁ τῆς ὄμφακός ἐστιν, ὃς καὶ αὐτὸς καθ᾽ ἑαυτὸν ἐμβαλλόμενος τῇ προειρημένῃ θυίᾳ, κάλλιστον ἐμψυκτικὸν ἐργάζεται φάρμακον. ἀλλὰ καὶ πλατυνθεὶς ὁ μόλυβδος ἄνευ τῶν ἄλλων τινὸς, αὐτὸς καθ᾽ ἑαυτὸν μόνος, ὑποστόρεσμα γίνεται ταῖς ψόαις τῶν ἀσκούντων ἀθλητῶν, ὅταν ὀνειρώττωσιν, φανερῶς ἐμψύχων αὐτούς. καί που λεπὶς ἐκ μολύβδου λεπτὴ γενομένη καλῶς ἐπιδεθεῖσα κατὰ γαγγλίου (128) τελέως ἠφάνισιν αὐτό. καλῶς δ᾽ ἐπιδήσει πᾶς ὁ μεμαθηκὼς ὑφ᾽ Ἱπποκράτους κατὰ τὸ σῖνος ἐρείδειν μᾶλλον ἢ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. οὐδὲν οὖν θαυμαστόν ἐστιν οὐδὲ

crofa eo utens virtutem medicamenti mirabere. Quod fi celeriter multum fucci plumbei voles colligere, conare in fole terere aut quocunque certe modo aëre calefacto. Multo autem utiliffimum habebis medicamentum, fi affufo refrigerantium fuccorum quopiam teras, ceu fempervivi, cotyledonis, intybi, lactucae, chondriles, pfyllii, omphacis, portulacae. Porro fiqua horum non facile in fuccum folvuntur, velut portulaca, mifceto illis aliorum fuccorum quempiam, velut omphacis, qui et ipfe per fefe praedicto mortario inditus medicamentum efficit refrigeratorium longe pulcherrimum. Quin et in laminam diductum plumbum ipfum per fefe athletarum fefe exercitantium lumbis infternitur, ubi Veneris fomniis vexantur, fcilicet nimirum haud obfcure eos refrigerans. Sed et bractea tenuis ex plumbo facta probe ganglio illigata plane ipfum diffipat. Illigabit autem probe quisquis ab Hippocrate didicerit in ipfam noxam potius firmandum quam hinc vel inde. Mirum ergo non eft, fi

Ed. Chart. XIII. [268.] Ed. Baſ. II. (128.)

τὸν κεκαυμένον μόλυβδον, ὅταν πλυθῇ, ψυκτικῆς γίνεσθαι δυνάμεως, πρὸ πλυθῆναι δὲ μικτῆς ἐστιν δηλονότι. καὶ τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ τὸ φάρμακον ὁ κεκαυμένος μόλυβδος ἀγαθόν ἐστιν πρὸς τὰ κακοηθευόμενα τῶν ἑλκῶν. ὅταν δὲ πλυθῇ, πολὺ μᾶλλον εἴς τε πλήρωσιν αὐτῶν καὶ συνούλωσιν ἄριστον γίνεται φάρμακον. ἁρμόττει δὲ καὶ τοῖς χειρωνείοις καλουμένοις καὶ καρκινώδεσιν ἅπασιν αὐτός τε καθ᾽ ἑαυτὸν καί τισι τῶν ἀπουλωτικῶν φαρμάκων μιγνύμενος, οἷόν ἐστι καὶ τὸ διὰ τῆς καδμείας. χρὴ δὲ λύειν μὲν ἐν ἀρχῇ, εἰ πολὺς ὁ ἰχὼρ εἴη, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν· εἰ δὲ μὴ, διὰ τρίτης ἢ καὶ διὰ τετάρτης. ἐπικείσθω δὲ ἔξωθεν ἐξ ὕδατος ψυχροῦ σπόγγος, ὃς ὅταν ξηραίνηται, βρεχέσθω. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλέον ἢ κατὰ τὴν προκειμένην πραγματείαν εἴρηται, διὰ τὴν οἰκειότητα τοῦ λόγου προαχθέντος μου. καιρὸς δ᾽ ἤδη πρὸς τὰ συνεχῆ μετιέναι.

[κδ΄. *Περὶ ὀστράκου.*] Ὄστρακον ξηραντικῆς τ᾽ ἐστὶ καὶ ῥυπτικῆς δυνάμεως, μάλιστα δὲ τὸ ἐκ τῶν κλιβάνων, τῷ κατωπτῆσθαι. διὸ καὶ τῶν ἐμπλάστρων ἣν ὀνομάζουσιν

plumbum crematum, ac rurſus ablutum refrigerantis efficiatur facultatis, quum ante lotionem mixtae fuerit. Et hoc ipſum medicamentum, nempe plumbum combuſtum, bonum eſt ad ulcera rebellia. Ubi vero lotum fuerit, multo optimum medicamentum eſt et ad ulcerum implotionem et ad eadem cicatrice obducenda. Convenit et chironeis quae vocant ulceribus et cancroſis et putredinoſis omnibus, tum ipſum per ſeſe tum medicamentorum ad cicatricem perducentium quibusdam commixtum, quale eſt quod ex cadmia conficitur. Caeterum ſolvendum eſt principio, ſi copioſa ſit ſanies, quotidie, ſi minus, tertio aut quarto quoque die. Verum foris ſpongiam imponito aquae frigidae, quae ſi deſiccetur, rurſum mergatur. Sed haec fuſius quam pro inſtituto diximus, pluſculum ſermonis affinitate provecti. At tempus jam eſt ſequentia deinceps perſequi.

[24. *De oſtraco, teſta.*] Teſta deſiccandi vim poſſidet atque abſtergendi, maxime quae ex fornacibus eſt, quod videlicet toſta ſit. Quocirca emplaſtrum quod vocant he-

ἡφαιστιάδα, διὰ τούτου σκευαζομένη κάλλιστον ἐπουλωτικὸν γίνεται φάρμακον.

[κε'. Περὶ πομφόλυγος καὶ σποδίου.] Πομφόλυξ γίνεται μὲν καὶ κατὰ τὴν τοῦ χαλκοῦ καμινείαν, ὥσπερ καὶ ἡ καδμεία. γίνεται δὲ καὶ αὐτῆς τῆς καδμείας καμινευομένης καὶ κατά τε τὴν Κύπρον, ἐπειδὴ τὴν παρασκευὴν οὐκ εἶχεν εἰς τὴν τοῦ χαλκοῦ καμινείαν ὁ ἐπίτροπος, ἐκέλευσεν ἐξ αὐτῆς τῆς καδμείας σκευασθῆναι παρόντι καὶ θεωμένῳ πομφόλυγα, κατὰ σμικρὰ θραύματα τῆς καδμείας ἐπιβαλλομένης τῷ πυρὶ, προσκειμένῳ αὐτῷ δηλονότι χαλκευτικῆς φύσεως. ὄροφος δ' ἦν τις στεγανὸς ὑποδεχόμενος τὸν ἀναφερόμενον αἴθαλον, καμινευομένης τῆς καδμείας, ὃν ἀθροίσας ἔσχον πομφόλυγα. τὸ δ' ἀντικαταφερόμενον κάτω καὶ πῖπτον ἐπὶ τοὔδαφος ἡ καλουμένη σποδός ἐστι, πλείων ἀθροιζομένη κατὰ τὰς τοῦ χαλκοῦ καμινείας. ἔνιοι δὲ σπόδιον οὐδετέρως αὐτὴν ὀνομάζουσιν, ᾧ δοκεῖ παραπλησίαν δύναμιν ἔχειν τὸ καλούμενον ἀντισπόδιον. ἐγὼ δ' οὐδέποτε ἐχρησάμην αὐτῷ διὰ τὸ δαψιλῆ ἔχειν ἀεί τις πομφόλυγα. ταύτην γὰρ ἔχων τις οὐδ'

phaeſtiada ex hac praeparata videlicet optimum eſt medicamentum inducendae cicatrici.

[25. *De pompholyge et ſpodio.*] Pompholyx fit et in aeris fornace, velut et cadmia, fitque et dum in fornacibus cadmia uritur, ut in Cypro. Quum enim praefectus ad aeris fornacem inſtructas res non haberet, praecepit ex ipſa cadmia praeparari, praeſentibus atque inſpectantibus nobis pompholyga, videlicet minutis cadmiae fragmentis in ignem conjectis, addito videlicet eo quod aeris naturam habet. Camera quaedam erat incurva, nuſquam pertuſa, ſed integra quae egeſtam ab uſta cadmia ſavillam excipiebat, quam ubi collegiſſent, habebant pompholyga. At quod reflectens in pavimentum recidebat, ſpodos eſt quam vocant, quae plurima, ubi aes in fornacibus uritur, colligi aſſolet. Quidam eam ſpodium neutro genere pronunciant, cui videtur ſimilem habere facultatem quod vocant antiſpodium. At ego illo uſus ſum nunquam, quum large mihi ſemper pompholyx ſuppeteret. Nec enim quisquam, ubi haec adſit, ſpodio uti

ἂν τῷ σποδίῳ χρήσαιτο, μήτοι γε τῷ ἀντισποδίῳ. φάρμακον δ' ἔστιν ὁ πομφόλυξ, εἰ πλυθείη, σχεδὸν ἁπάντων ὅσα ξηραίνειν ἀδήκτως πέφυκε προφερέστατον, ὅθεν εἴς τε τὰ καρκινώδη τῶν ἑλκῶν ἐστιν ἐπιτήδειος καὶ τἄλλα τὰ κακοήθη πάντα. [269] μίγνυται τοιγαροῦν εἴς τε τὰ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ῥεύματα συντιθέμενα κολλύρια καὶ ὅσα φλυκταίνας τὰς ἐν αὐτοῖς ἢ ἕλκη θεραπεύει, καὶ πρὸς τὰ κατὰ τὴν ἕδραν τε καὶ αἰδοῖον ἕλκη. καὶ κάλλιστόν ἐστι φάρμακον ἀδήκτως, ὡς ἔφην, ξηραῖνον. ἀλλ' οὐ τῆς προκειμένης πραγματείας τὸ χρονίζειν ἐν τούτοις.

[κστ'. Περὶ σανδαράκης.] Σανδαράκη καυστικῆς ἐστι δυνάμεως, ὥσπερ τὸ ἀῤῥενικὸν ὀνομαζόμενον. εἰκότως οὖν εἴς τε τὰς διαφορητικὰς δυνάμεις αὐτὴν μιγνύουσιν καὶ τὰς ῥυπτικάς.

[κζ'. Περὶ σάνδικος.] Σάνδιξ ὁποίας ἐστὶν δυνάμεως τῷ περὶ ψιμμυθίου λόγῳ ῥηθήσεται.

[κη'. Περὶ σκωρίας.] Σκωρία πᾶσα ξηραντικὸν ἱκανῶς ἐστι φάρμακον, ἡ δὲ τοῦ σιδήρου μάλιστα. καὶ λειοτάτην γε

velit, nedum antifpodio. Eft autem pompholyx medicamentum prope omnium quae citra morfum deficcant, fi elota fuerit, praeftantiffimum; quamobrem ad ulcera cancrofa idonea eft et ad alia omnia maligna. Itaque inditur collyriis quae ad oculorum imponuntur fluxiones quaeque bullas five puftulas in eis natas aut ulcera curant. Praeterea ad pudendorum ac fedis ulcera optimum eft medicamentum nimirum fine morfu, ut dixi, deficcans. Sed non eft hujus negotii in iftis diutius immorari.

[26. *De fandaraca.*] Sandaraca urentis eft facultatis ceu arfenicum quod vocant. Merito itaque eam digerentibus facultatibus commifcent atque extergentibus.

[27. *De fandice.*] Sandix qua fit facultate praedita, in fermone de pfimmythio explicabitur.

[28. *De fcoria.*] Scoria omnis reficcatorium medicamentum eft, potiffimum autem ferri. Siquidem ad lae-

ποιῶν αὐτὴν ἐν ὄξει δριμυτάτῳ, καὶ μετὰ ταῦθ' ἑψῶν εἴς τε τὰ πυοῤῥοῦντα τῶν ὤτων χρονίως χρῶμαι φαρμάκῳ ξηραντικωτάτῳ, ὥστε θαυμάζειν τοὺς ἰδόντας σκευαζόμενον αὐτὸ καὶ ἀπιστεῖν αὐτῷ πρὸ τῆς πείρας, εἰ ἀναδέχεσθαι δύναται τὰ ὦτα τοιοῦτον φαρμάκον. τὴν δὲ τοῦ ἀργυρίου σκωρίαν ἰδίως προσαγορεύουσιν ἕλκυσμα, καὶ μίγνυται δὲ καὶ ἐμπλάστροις τισὶ ξηραντικῆς δηλονότι δυνάμεως οὖσιν.

[κθ'. Περὶ στίμμεως.] Στίμμι. πρὸς τῇ δυνάμει τῇ ξηραντικῇ καὶ στύψιν ἔχει τὸ φάρμακον τοῦτο, διὸ καὶ τοῖς ὀφθαλμικοῖς φαρμάκοις μίγνυται τοῖς τ' ἀναπλαττομένοις εἰς τὰ καλούμενα κολλύρια καὶ τοῖς ξηροῖς, ἃ δὴ ξηρὰ κολλύρια προσαγορεύουσιν.

[λ'. Περὶ στυπτηρίας σχιστῆς καὶ στρογγύλης καὶ ὑγρᾶς.] Στυπτηρία. τούτου τοῦ φαρμάκου καὶ τοὔνομα παρωνόμασται τῇ στύψει, σφοδροτάτην γὰρ αὐτὴν ἔχει. παχυμεροῦς δ' ὄντος αὐτοῦ, λεπτομερεστέρα πώς ἐστιν τῶν ἄλλων στυπτηριῶν ἡ σχιστὴ καλουμένη. μετ' αὐτὴν δ' ἡ

vorem redigens ipſam in aceto quam acerrimo, poſteaque decoquens ad aures quae longo jam tempore pure fluxerunt, ea utor pro medicamento maxime exiccatorio adeo ut mirentur qui praeparantem me vident, et ante rei periculum fidem non habeant, aures tale poſſe ferre medicamentum. Porro argenti ſcoriam proprie helcysma appellant. Verum emplaſtris quibusdam, quippe quae reſiccatoriae facultatis ſit commiſcetur.

[29. *De ſtimmi.*] Stimmi. Ad facultatem deſiccantem adjunctam habet hoc medicamentum aſtrictionem. Quamobrem et ocularibus medicinis commiſcetur, et illis ſcilicet, quae conformantur in collyria quae vocant, et ſiccis quae utique ſicca collyria cognominant.

[30. *De alumine fiſſili, rotundo et humido.*] Alumen. Hujus medicamenti nomen ab aſtrictione deductum eſt, nam adeſt illi vehementiſſima. Caeterum quum ſit craſſarum partium, tenuiorum quodammodo partium eſt quod vocatur fiſſile. Proxime eſt rotundum et aſtragalote. Admodum au-

στρογγύλη καὶ ἀστραγαλωτή. παχυμερὴς δ᾽ ἱκανῶς ἥ θ᾽ ὑγρὰ καὶ ἡ πλακῖτίς τε καὶ ἡ πλινθῖτις ὀνομαζομένη.

[λα΄. Περὶ τιτάνου.] Τίτανος, ἡ μὲν ἄσβεστος καίει σφοδρῶς, ὡς ἐσχάραν ποιεῖν, ἡ σβεσθεῖσα δὲ παραχρῆμα μὲν ἐσχαροῖ καὶ αὐτὴ, μεθ᾽ ἡμέραν δὲ μίαν ἢ δευτέραν ἧττον καίει καὶ ἧττον ἐσχαροῖ, μετὰ δὲ χρόνον οὐδ᾽ ὅλως ἐσχάρας ἐργάζεται. θερμαίνει δ᾽ ἔτι καὶ διατήκει τὰς σάρκας. εἰ δὲ πλυθείη, τὴν μὲν δῆξιν ἐναποτίθεται τῷ ὕδατι καὶ ποιεῖ τὴν καλουμένην κονίαν, αὐτὴ δ᾽ ἀδήκτως ξηραίνει. καὶ εἰ δίς γε ἢ τρὶς ἢ πλεονάκις πλυθείη, τελέως ἄδηκτος γίγνεται καὶ ξηραίνει γενναίως ἄνευ δήξεως.

[270] [λβ΄. Περὶ ὑδραργύρου.] Ὑδράργυρος οὐκ ἔστι τῶν αὐτοφυῶν φαρμάκων, ἀλλὰ τῶν σκευαζομένων, ὥσπερ ψιμμύθιόν τε καὶ ὁ ἰὸς καὶ ψωρικὸν καὶ λιθάργυρος. ἔχω δ᾽ αὐτῆς οὐδεμίαν πεῖραν οὔθ᾽ ὡς ἀναιρούσης, εἰ καταποθείη, οὔτ᾽ ἔξωθεν ἐπιτιθεμένης.

tem craſſarum partium eſt tum liquidum tum placites et plinthites appellatum.

[31. *De calce.*] Calx, viva quidem vehementer urit, adeo ut cruſtas efficiat, extincta vero protinus etiam cruſtam molitur et ipſa, at poſt diem unum aut alterum minus urit, minusque inducere cruſtam poteſt, at vero temporis progreſſu prorſum nec cruſtam quidem gignere queat, tametſi etiamnum calefaciat carnemque liquet. Porro ſi lavetur in aqua, ſuam mordacitatem exuit efficitque nuncupatum lixivium. At ipſa abſque morſu reſiccat, ac ſi bis terque aut amplius abluta fuerit, plane mordacitatis expers conſtituitur ac ſtrenue abſque mordacitate exiccat.

[32. *De hydrargyro.*] Hydrargyrus non eſt ex ſponte naſcentibus medicamentis, ſed ex iis quae praeparantur, velut ceruſſa, aerugo, pſoricum, lithargyros. Nullum autem ejus feci periculum, neque quod interimat, ſi devoretur, neque ubi foris admota ſit.

[λγ'. Περὶ φύκους.] Φῦκος ὁποίας ἐστὶ δυνάμεως ἐν τῷ περὶ ψιμμυθίου λόγῳ ῥηθήσεται.

[λδ'. Περὶ χαλκάνθου.] Χάλκανθος. ἱστόρηταί μοι καὶ περὶ χαλκάνθου κατὰ τύχην εἰς χαλκῖτιν μεταβάλλοντι. ἐκόμισα γὰρ καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον ἐκ τῆς Κύπρου πάμπολυ. τὸ δ' ἔξωθεν αὐτοῦ πᾶν, ὡς μετὰ ἔτη σχεδὸν κ' χαλκῖτις ἐγένετο, τοῦ ἔνδον ὄντος ἔτι χαλκάνθου. διὸ καὶ φυλάττω μέχρι νῦν ἔτι τὸ μεταβάλλον οὕτως ἐπιτηρῶν, ὅπως ἄχρι τοῦ βάθους ἡ μεταβολὴ προσ(129)έρχηται καθ' ἕκαστον ἔτος, ὥσπερ τῆς χαλκίτεως εἰς τὸ μίσυ, ὡς προείρηται. θαυμάσαι δ' ἔστιν ἐπὶ τοῦ φαρμάκου τούτου πῶς ἰσχυροτάτῃ στύψει μέμικται θερμότης οὐκ ἀγεννής. δῆλον οὖν ὅτι ταριχεῦσαι μάλιστα πάντων δύναται τὰς ὑγρὰς σάρκας ἐκδαπανῶν μὲν τῇ θερμότητι τὴν ὑγρότητα, τῇ στύψει δὲ συνάγον καὶ πιλοῦν τὴν οὐσίαν. ἐν τούτῳ γάρ τοι τῷ ἔργῳ προσεκθλίβει μέν τι καὶ αὐτῆς τῆς ὑγρότητος, σφίγγει δὲ καὶ ξηραίνει καὶ συνάγει πρὸς ἑαυτὴν ὅλης τῆς σαρκὸς τὴν

[33. *De fuco.*] Fucus cujusnam fit facultatis ubi de cerussa agetur exponam.

[34. *De atramento futorio.*] Atramentum futorium. Forte fortuna et chalcanthum in chalcitin tranfire confpexi. Afportavi enim ex Cypro et hujus medicamenti ingentem copiam. Extimum ejus omne poft annos plus minus viginti chalcitis effectum eft, intima ejus parte chalcanthi fpeciem fervante. Quamobrem et usque in hunc diem quod fic mutatur affervo, obfervans dum ad imum usque volventibus annis procedat mutatio, ceu chalcitidis quoque in mify, ut eft ante pofitum. Caeterum mirari fubit de hoc medicamento, quo pacto vehementiffimae aftrictioni admixta eft caliditas non infirenua. Conftat ergo quod omnium maxime condire fervareque carnes humidas poteft, nimirum caliditate humiditatem abfumens, atque aftrictione fubftantiam contrahens atque conftipans, hoc enim opere nonnihil etiam humiditatis ipfius exprimit. Conftringit vero, deficcat atque contrahit in fefe totius fubftantiam carnis.

Ed. Chart. XIII. [270.] Ed. Baf. II. (129.)

οὐσίαν. ἐν δ' οὖν τῇ Κύπρῳ, καθ' ὃν ἐγὼ καιρὸν ἐγενόμην ἐν αὐτῇ, τὸ φάρμακον τοῦτο τόνδε τὸν τρόπον ἐθεασάμην ἀθροιζόμενον. οἶκος ἦν μέγας μὲν, οὐ μὴν ὑψηλός γε προκείμενος τῆς εἰς τὸ μέταλλον εἰσόδου. καὶ τούτου τοῦ οἴκου κατὰ τὸν ἀριστερὸν τοῖχον, ὅστις ἦν τοῖς εἰσιοῦσιν κατὰ χεῖρα δεξιὰν, ἐξεκεκόλαπτο διῶρυξ εἰς τὸν συνεχῆ λόφον, εὖρος μὲν ὡς ψαύειν ἀλλήλων τρεῖς ἄνδρας, ὕψος δὲ ὡς τὸν μακρότατον ἄνθρωπον ὀρθὸν δύνασθαι βαδίζειν. ἡ δὲ διῶρυξ αὕτη κατάντης μὲν, οὐ μὴν ὀξεῖά γε καὶ κρημνώδης. ἐπὶ τῷ τέλει δ' αὐτῆς οὔσης ὡς σταδιαίας λάκκος ὕδατος χλωροῦ τε καὶ παχέος χλιαροῦ μεστὸς ἦν. ἐν ἁπάσῃ δὲ τῇ καταβάσει θερμασία παραπλησία τῇ κατὰ τοὺς πρώτους οἴκους τῶν βαλανείων, οὓς εἰώθασιν προμαλακτήρια καλεῖν. τὸ δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀθροιζόμενον ὕδωρ πλῆθος ἦν ἀμφορέων Ῥωμαϊκῶν ὡς ὀκτὼ, κατὰ σταγόνας μικρὰς, ἐν ταῖς τέτταρσιν καὶ εἴκοσιν ὥραις ὅλης τῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐκ τοῦ διατιτραμένου λόφου καταφερόμενον. ἀναφέροντες οὖν τὸ ὕδωρ τοῦτο πεδῆταί τινες ἐνέβαλον πυέλοις τετραγώνοις κατὰ τὸν προκείμενον οἶκον, ἐκ κερα-

Porro quo tempore in Cypro diverfabar, hunc in modum medicamentum hoc colligi confpexi. Domus erat magna quidem, fed humilis ingreffui in metallum objecta. Ad parietem autem domus finiftrum, qui erat ingredientibus dexter, effoffus erat fpecus in continentem collem ea latitudine, ut tres fefe viri in eo contingerent, tanta vero altitudine, ut viro fumme procero recto liceret incedere. Specus hic declivis quidem erat, non tamen praeceps ac praeruptus. Porro ad finem ejus quafi in ftadium porrecti lacus erat aquae viridis et craffae tepidae plenus. At in toto defcenfu calor fimilis qualis in primis balneorum aedibus percipitur, quas promalacteria appellare confueverunt. Aqua vero quotidie guttatim ex pertufo colle deftillans, quatuor et viginti horis totius diei ac noctis colligi affolet ad amphoras Romanas quafi octo. Eam vincti quidam in pifcinas quafdam quadratas fictiles, in domo ad ingreffum pofita fitas efferebant, in quibus paucis diebus con-

μίων γεγοννίαις, ἐν αἷς πηγνύμενος ἡμέραις ὀλίγαις ἐγίνετο χάλκανθος. ἐμοὶ δ᾽, ὁπότε κατέβην ἐπὶ τὸ πέρας τοῦ ὀρύγματος, ἔνθα τὸ χλιαρόν τε καὶ χλωρὸν ὕδωρ ἠθροίζετο, καὶ ἡ ὀδμὴ τοῦ ἀέρος ἐφαίνετο πνιγώδης καὶ δύσφορος, ὄζουσα χαλκίτεώς τε καὶ ἰοῦ. τοιαύτην δ᾽ εἶχε ποιότητα καὶ αὐτὸ τὸ ὕδωρ γενόμενον. ταῦτ᾽ ἄρα καὶ γυμνοὶ καὶ μετὰ σπουδῆς τοὺς ἀμφορέας ἀνεκόμιζον οἱ πεδῆται καὶ πλείω χρόνον οὐχ ὑπέμενον ἐνδιατρίβειν, [271] ἀλλὰ ταχέως ἀνέτρεχον, ἑκατέρωθεν ἐν τοῖς τοίχοις τοῦ ὀρύγματος, λύχνων καιομένων ἐκ συμμέτρου διαστήματος, οἵτινες οὐδ᾽ αὐτοὶ χρόνον ἐξήρκουν μακρὸν, ἀλλ᾽ ἐσβέννυντο τάχιστα. τὸ δ᾽ οὖν ὄρυγμα τοῦτο κατὰ βραχὺ διωρύχθαι παρ᾽ αὐτῶν ἤκουον σὺν ἔτεσι πολλοῖς. τουτὶ γὰρ ἔφασαν, ὃ νῦν ὁρᾷς, ἀπὸ τοῦ λόφου καταφερόμενον εἰς τὸν λάκκον ὕδωρ χλωρὸν ἔλαττον εἴωθεν αὑτοῦ γίγνεσθαι κατὰ βραχὺ, κἀπειδὰν ἐγγὺς ᾖ τοῦ παύσασθαι, πάλιν ὑπορύττουσιν οἱ πεδῆται τὸ συνεχὲς τοῦ λόφου. καί ποτε πρόσθεν ἔπεσεν ἀθρόως τὸ διορυττόμενον, ὡς ἀποκτεῖναι μὲν πάντας αὐτοὺς, ὅλην δὲ διαφθεῖραι τὴν ὁδόν.

crefcebat, fiebatque chalcanthus. Mihi vero, ubi ad terminum effoffi fpecus defcendiffem, ubi videlicet tepida haec viridisque aqua colligitur, aëris odor vifus eft fuffocans et toleratu difficilis, chalcitin aeruginemque redolens. Et aqua quoque guftu praeferebat qualitatem ejusmodi. Eapropter et nudi et cum fumma feftinatione amphoras vincti exportabant, nec longiorem illic moram perferre poterant, fed celeriter recurrebant. Accenfi autem erant mediocribus in fpecu intervallis lychni, qui nec ipfi longo tempore durabant, fed celerrime extinguebantur. Hunc ergo fpecum pedetentim excavatum multis annis ab iis tunc didici. Haec enim inquiebant aqua viridis, quam vides ex colle in lacum manantem, fenfim fe ipfa minor effici affolet. At ubi prope adeft ut definat, rurfum vincti, quod continens eft ipfius collis perfodere pergunt. Evenitque aliquando olim ut fubito quicquid perfoffum effet concideret, omnesque ad unum occideret ac totam viam corrumperet. Id ubi fit

Ed. Chart. XIII. [271.] Ed. Baſ. II. (129.)

ὅταν οὖν τοῦτο γένηται, πάλιν ἄλλην ὀπὴν ποιησάμενοι διορύττουσιν, ἄχρις ἂν ὑπακούσῃ τὸ ὕδωρ. ταῦτά σοι περὶ χαλκάνθου λέγειν εἶχον, ἴσως μὲν οὖν οὐκ ἀναγκαῖα, γινώσκεσθαι μέντοι μᾶλλον ἢ ἀγνοεῖσθαι βελτίω. μέμνησο δ' ὅτι κατὰ τὴν ἀριστερὰν εἰσιόντων χεῖρα τὸ τοῦ σώρεως καὶ χαλκίτεως καὶ μίσυος ἔφην ἑωρᾶσθαί μοι μέταλλον, ὥστ' ἐκ τούτων ἐπινοῆσαί μοι δύνασθαι τὸ διηθούμενον ὕδωρ ὄμβριον ἐν τῷ λόφῳ περικλύζειν τε καὶ περιπλύνειν ὅλην ἐκείνην τὴν γῆν, ἐξ ἧς αὐτοφυῶς μὲν ἐγένετο τὸ σῶρυ καὶ μίσυ καὶ χαλκῖτις καὶ καμινευόμενος δὲ χαλκὸς καὶ καδμεία καὶ πομφόλυξ καὶ σπόδιον καὶ διφρυγές.

[λε'. Περὶ χαλκίτεως.] Χαλκῖτις, εἴρηται περὶ αὐτῆς ἐν τῷ περὶ μίσυος λόγῳ, νῦν οὖν ἀρκέσει τοσοῦτον εἰπεῖν, ὡς μεμιγμένας ἔχει τήν τε στυπτικὴν καὶ δριμεῖαν δύναμιν. ἐπικρατεῖ δ' ἡ δριμεῖα σφοδρά τις οὖσα μέχρι τοῦ καίειν τε τὴν σάρκα καὶ τὴν καλουμένην ἐσχάραν ἐργάζεσθαι. καυθὲν δὲ τὸ φάρμακον τοῦτο δάκνει μὲν ἧττον, ξηραίνει δ' οὐχ ἧττον, ἀποτίθεται δὲ καὶ τῆς στύψεως οὐκ ὀλίγον, ὥστε πάντῃ

alio foramini fodiendo eousque inſiſtunt, quoad rurſum aqua illis adſit. Haec habui quae tibi de chalcantho exponenda cenſerem, et ſane fortaſſe non neceſſaria, caeterum quae ſcire praeſtaret quam ignorare. Memineris autem quod ad ſiniſtram manum ingredientibus conſpectum nobis dixerim metallum ſoreos, chalciteos et miſyos, ut ex iis conjicere liceat aquam pluviam totius collis terram illam colluere atque abluere, ex qua ſponte quidem fiebat ſory, miſy et chalcitis, et per fornaces aes, cadmia, pompholyx, ſpodium et diphryges.

[35. *De chalcitide.*] Chalcitis. Dictum de ea eſt in ſermone de miſy, nunc autem tantum dixiſſe ſufficiat, quod mixtas habeat aſtringentem acremque facultates. Caeterum vincit acris, ut quae adeo eſt vehemens ut carnem urat vocatamque eſcharam efficiat. Uſtum hoc medicamentum minus quidem mordicat, caeterum non minus deſiccat, ſed et aſtrictionis non parum amittit. Itaque undequaque me-

κρείττων ἐστὶν ἡ κεκαυμένη χαλκῖτις τῆς ἀκαύστου, λεπτομερεστέρα μὲν, ὥσπερ καὶ τἄλλα τὰ κεκαυμένα, γιγνομένη, δριμύτητα δ' οὐ προσλαμβάνουσα, καθάπερ ἄλλα πολλά. μεμάθηκας δὲ καὶ ὅτι πάντα τὰ κεκαυμένα πλυνόμενα μετριώτερά τε καὶ ἀδηκτότερα γίγνεται.

[λστ'. Περὶ χαλκοῦ κεκαυμένου.] Χαλκὸς κεκαυμένος ἔχει μέν τι καὶ δριμὺ, καὶ στύψεως δὲ μετέχει, καὶ διὰ τοῦτο, εἰ πλυθείη, κάλλιστόν ἐστι φάρμακον εἰς συνούλωσιν ἑλκῶν, ἐργάζεσθαι δὲ τοῦτο δύναται καὶ πρὶν πλυθῆναι, καὶ μάλιστ' ἐπὶ τῶν σκληροτέρων σαρκῶν. ταῖς δ' ἁπαλαῖς ὁ πεπλυμένος χρησιμώτερος.

[λζ'. Περὶ χαλκοῦ ἄνθους.] Χαλκοῦ ἄνθος λεπτομερεστέρας ἐστὶ τοῦτο δυνάμεως τοῦ τε κεκαυμένου χαλκοῦ καὶ τῆς λεπίδος. εἰκότως οὖν δι' αὐτοῦ σκευάζοντες κολλύρια ῥύπτουσί τε καὶ ἀφαιροῦσιν τῶν βλεφάρων τὰς μεγάλας τραχύτητας, ἃς συκώσεις ὀνομάζουσιν.

[272] [λη'. Περὶ χρυσοκόλλης.] Χρυσοκόλλα. καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον ἐκ τῶν τηκόντων σάρκας ἐστὶν, οὐ μὴν ἰσχυ-

lior eſt chalcitis uſta quam quae non uſta eſt, nempe partibus tunc quidem tenuioribus, ceu alia omnia combuſta, verum haud aſſumpta acrimonia, velut aliis multis accidit. Didiciſti porro quod uſta omnia, ſi laventur, moderatiora reddantur minusque mordacia.

[36. *De aere uſto.*] Aes uſtum habet et acrimoniam quandam, ſed et aſtrictionis eſt particeps. Proinde ſi lavetur, pulcherrimum eſt medicamentum inducendae ulceribus cicatrici, quamquam id ipſum praeſtare et antequam lavetur poſſit, potiſſimum in carne duriore, alioqui in molliore commodius eſt quod ablutum eſt.

[37. *De flore aeris.*] Flos aeris facultatis eſt tenuiorum partium quam aut aes uſtum aut ſquama. Merito itaque ex eo factis collyriis extergunt auferuntque palpebrarum magnas aſperitates, quas vocant ſycoſes.

[38. *De chryſocolla.*] Chryſocolla. Et hoc medicamentum ex iis eſt quae carnem liquant, non tamen valen-

Ed. Chart. XIII. [272.] Ed. Baf. II. (129.)

ρῶς γε δάκνει, διαφορητικὴ γε μὴν ἱκανῶς ἐστιν καὶ ξηραντική. ἔνιοι μὲν οὖν τὸ μεταλλευόμενον μόνον οὕτως ὀνομάζουσιν, ἔνιοι δὲ τὸ σκευαζόμενον ἐν θυίᾳ χαλκῇ καὶ δοίδυκι χαλκῷ δι᾽ οὔρου παιδὸς, ὅπερ ἔνιοι κατὰ τὰς διαφορὰς τῶν ἰῶν ἀριθμοῦσιν. ἄμεινον δὲ θέρους αὐτὸ σκευάζειν, ἢ πάντως γε ἐν ἀέρι θερμῷ, τρίβοντας τὸ οὖρον ἐν τῇ θυίᾳ. κάλλιον δὲ ἐρυθρὸν εἶναι τὸ χαλκὸν, ἐξ οὗ κατασκευάζεις αὐτήν τε τὴν θυίαν καὶ τὸν δοίδυκα. πλέον γὰρ ἀποτρίβεται περιαγομένου τοῦ δοίδυκος, ὅταν ἁπαλώτερος ὁ χαλκὸς ᾖ. τοῦτο τὸ φάρμακον ἐπιτηδειότατόν ἐστι κακοήθεσιν ἕλκεσιν, αὐτό τε καθ᾽ ἑαυτὸ καὶ μιγνύμενον ἑτέροις, ὡς ἐν τοῖς περὶ συνθέσεως φαρμάκων εἰρήσεται. νυνὶ δὲ ἀρκεῖ τό γε γινώσκειν ὡς τῆς μεταλλευτῆς χρυσοκόλλης ὅσον τοι μᾶλλον ξηραίνει ἧττον δάκνει, τοσοῦτον αὐτῆς ὑπερέχει τῇ λεπτομερείᾳ. καὶ αὐτὴν μέντοι αὐτὴν χρυσοκόλλην ἐκείνην καύσας πολὺ λεπτομερεστέραν ἐργάσῃ.

[λθ΄. Περὶ ψιμμυθίου.] Ψιμμύθιον. καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον μαρτυρεῖ τῇ προειρημένῃ πρὸ τούτου δυνάμει. ὑπὸ

ter mordicat, quamquam fit facultate admodum digerente deficcanteque. Igitur quidam id modo quod in metallis invenitur ita nominant, alii vero id quod in aereo mortario pistilloque aereo ex pueri urina praeparatur, id quod quidam inter aeruginum differentias numerant. Satius vero est ipsum praeparare tempore aestivo, aut certe aëre prorsum calido, urinam in mortario terentes. Praestat aut aes, ex quo mortarium pistillumque conficias, rubrum fit, nam quo aes mollius fuerit, eo plus circumagendo pistillo deteritur. Hoc medicamentum aptissimum est ulceribus contumacibus, tum per se tum aliis mixtum, ut in opere de componendis medicamentis referetur. Nunc autem id novisse sat est, quod quanto plus quam chrysocolla metallica deficcat minusque mordicat, tanto etiam ipsam excellit tenuitate partium. Ipsam tamen chrysocollam illam si uras, multo tenuiorem efficies.

[39. *De cerussa.*] Cerussa. Et hoc medicamentum testimonium praebet modo dictae facultati. Nam si ex acri

Ed. Chart. XIII. [270.] Ed. Baſ. II. (129. 130.)

γοῦν ὄξους δριμέος αὐτὸ διαλυόμενον γενόμενον ὅμως οὔτε δριμὺ οὔτε δακνῶδές ἐστιν οὔτε διαφορητικὸν, ἀλλ' ἐμπλαστικόν τε καὶ ἐμψυκτικὸν, ἐναντιωτάτης ὂν ἰῷ δυνάμεως. καίτοι κἀκεῖνος ὄξους διαλύοντος τὸν χαλκὸν γίγνεται. καιόμενον δὲ τὸ ψιμμύθιον εἰς τὴν καλουμένην σάνδικα μεταβαλὸν λεπτομερέστερόν γε αὐτοῦ φάρμακον, οὐ μὴν ἤδη γί πω θερμαῖνον. (130) τὸ δέ γε φῦκος, τὴν ψύξιν τοῦ ψιμμυθίου φυλάττον, λεπτομέρειαν προσείληφε, ὡς δύνασθαι δι' αὐτὴν εἰς τὸ βάθος καταδύεσθαι τῶν ὁμιλούντων σωμάτων τὴν δύναμιν αὐτοῦ.

[μ'. Περὶ ψωρικοῦ.] Ψωρικόν. λιθαργύρῳ μιγνυμένης διπλασίας χαλκίτεως γίνεται τὸ φάρμακον, ὄξει μὲν πρῶτα δριμυτάτῳ λειωθέντων ἀμφοῖν, εἶτ' εἰς καινὴν χύτραν ἐμβληθέντων, ἣν καταχώσεις ἡμέρας μ'. μέσου θέρους ἐν κοπρίᾳ τοῦτο τὸ φάρμακον ξηραντικώτερόν τε ἅμα καὶ ἀδηκτότερον γίνεται χαλκίτεως καὶ δηλονότι καὶ λεπτομερέστερον.

aceto ſolvatur, guſtu tamen neque acre erit neque mordax neque digerens, ſed emplaſticum et refrigeratorium, facultatis aerugini diſſimillimae, tametſi et illa conficiatur aceto aes diſſolvente. Porro ceruſſa aduſta in ſandica quam vocant tranſit, medicamentum ſe ipſo tenuius, nondum tamen calefaciens. Fucus autem ſervata ceruſſae frigiditate tenuitatem partium aſſumpſit, ut per eam in profundum altumque corporum quibus admovetur vis ejus penetrare valeat.

[40. *De pſorico.*] Pſoricum. Conficitur hoc medicamentum dupla chalcite admixta lithargyro, ante tamen utrisque aceto acerrimo ſolutis, ſicque in ollam novam conjectis, quam fimo aeſtate media diebus quadraginta obrutam ſepelies. Hoc medicamentum deſiccatorium eſt magis, ſimulque minus mordax chalcite, ac nimirum partibus etiam tenuioribus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΠΛΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΚΡΑΣΕΩΣ ΚΑΙ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Κ.

Κεφ. α΄. Οὐδὲν τῶν νῦν λεχθησομένων τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς πραγματείας ἐν τοῖς πρώτοις πέντε βιβλίοις εἰρημένα μεγάλην ὠφέλειαν οἴσει, τινὰ δ᾽ ἴσως καὶ βλάψει τὸν χρησόμενον τοῖς ἐν αὐτῷ γεγραμμένοις φαρμάκοις, οὐκ ἔχοντα μέθοδον. ὡς οὖν ἐκεῖνα μεμαθηκότι σοι διαλέξομαι, τὸ κεφάλαιον ἀναμνήσας ὅλης τῆς πραγματείας. ἐδείχθη τὰ φάρμακα κατὰ μὲν τὰς δραστικὰς ὀνομα-

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM TEMPERAMENTIS AC FACVLTATIBVS LIBER X.

Cap. I. Nihil eorum quae nunc dicenda veniunt magnopere juvare poterit eos, qui ea quae principio hujus tractationis, primis videlicet quinque libris tradita ſunt, ignorant, imo quaedam fortaſſis noxae occaſio erunt illi, qui quum ſcriptis hic medicamentis uti volet, rationem tamen ac methodum non habeat. Tanquam itaque illa didiceris, ita tecum verba faciam, repetita totius tractatus ſumma.

ζομένας ποιότητας ἐνεργοῦντα θερμότητα καὶ ψυχρότητα καὶ ξηρότητα καὶ ὑγρότητα, τῇ δὲ τούτων κράσει στρυφνὰ καὶ αὐστηρὰ καὶ ἁλμυρὰ καὶ ἁλυκὰ καὶ πικρὰ καὶ δριμέα καὶ γλυκέα γιγνόμενα, καὶ τὰ μὲν ῥυπτικὰ, τὰ δὲ ἀποκρουστικὰ, τὰ δὲ ἑλκτικὰ, τὰ δὲ μαλακτικὰ, τὰ δὲ καυστικὰ, τὰ δὲ σηπτικὰ, τὰ δὲ ἐσχαρωτικὰ, καὶ πρός γε τούτοις ἔτι κατ' ἄλλας ἰδικωτέρας ἐνεργείας, σαρκωτικά τε καὶ συνουλωτικὰ καὶ κολλητικὰ συρίγγων ἢ ἑλκῶν, ἢ καθαιρετικὰ τῶν ὑπεραυξανομένον σαρκῶν. ἐδείχθη δὲ καὶ ὡς ἡ καθόλου δύναμις ἐκ πείρας μιᾶς ἐνδεικτικῶς εὑρίσκοιτο, καὶ οὐ τῆς τυχούσης γε πείρας, ἀλλὰ μετὰ τῶν εἰρημένων διορισμῶν γιγνομένης· εὑρεθείσης δ' ἅπαξ τῆς καθόλου δυνάμεως οὐδεμιᾶς ἔτι πείρας εἶναι χρείαν εἴς γε τὰς κατὰ μέρος ἐνεργείας, ὅτι μὴ πρὸς βεβαίωσιν μόνην ὧν ὁ λόγος εὗρεν. οὕτως οὖν καὶ νῦν ποιησαίμεθα τὴν κρίσιν τῆς προκειμένης ὕλης, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ ἐκ τῶν ζώων. ἐν μὲν γὰρ τοῖς μετὰ τὸ πέμπτον ἐφεξῆς τρισὶ βιβλίοις, ἕκτῳ καὶ ἑβδόμῳ καὶ ὀγδόῳ, τὴν περὶ τὰ φυτὰ διήλθομεν ὕλην, οὐ πᾶσαν δηλονότι τὴν καθ' ὅλην τὴν

Oftenfum eft medicamenta quae effectricibus nominatis qualitatibus agunt, nempe caliditate, frigiditate, humiditate et siccitate, harum mixtione effici acerba, auftera, falfa, falfuginofa, amara, acria, dulcia, praeterea extergentia, repellentia, attrahentia, emollientia, urentia, feptica, efcharotica, ad haec fecundum alias actiones magis fpeciales farcotica, cicatricem inducentia, glutinatoria, tum fiftularum, tum ulcerum, aut carnis excrefcentiam detrahentia. Oftenfum quoque eft, quo pacto univerfalis facultas experientia unica demonstratorie inveniatur, nec ea vulgari et quavis, sed quae cum dictis adhibeatur limitationibus. Caeterum inventa femel facultate univerfali, nulla infuper experientia opus effe ad particulares actiones, nisi ad confirmationem eorum quae ratio reperit. Sic ergo nunc quoque judicium faciamus propofitae materiae, quae eft ea quae ab animautibus accipitur. In tribus enim libris qui fequuntur quintum, nempe fexto feptimo et octavo, materiam ad plantas attinentem expofuimus non fane omnem, quae uni-

Ed. Chart. XIII. [274.] Ed. Baſ. II. (130.)
οἰκουμένην, [274] ἀλλ' ὅσης ἡμεῖς ἔχομεν πεῖραν. ἐν δὲ τῷ πρὸ τοῦδε, τῆς δ' ὅλης πραγματείας ἐννάτῳ, τὴν περὶ τὰ γεώδη τε καὶ λιθώδη σώματα. λείπεται δ' ἡμῖν ἔτι τὴν περὶ τὰ ζῶα διελεῖν ὕλην· εἶτ' ἔτι τῶν ἐν θαλάττῃ καὶ λίμναις ἢ ὅλως ἐν ὕδατι γεννωμένων ἐστὶν ὑπόλοιπον, ἃ μήτε φυτὰ μήτε γῆ μήτε λίθος ἐστὶ μήτε ζῶον. ὀλίγιστα δὲ τὰ τοιαῦτα παντάπασίν ἐστι καὶ γεγράψεται τελευταῖα, μετὰ τὸ διελθεῖν ἡμᾶς τὰ κατὰ τὰ σώματα τῶν ζώων. ἔσται δὲ καὶ τούτων ἡ τάξις τῆς διδασκαλίας κατὰ τὴν τῶν πρώτων γραμμάτων τάξιν ἐν ταῖς προσηγορίαις αὐτῶν. ὥσπερ δ' ἐν τῇ τῶν φυτῶν ὕλῃ καὶ περὶ τῶν ἐξ αὐτῶν γινομένων χυμῶν τὸν λόγον ἐποιησάμην, οὕτως καὶ νῦν οὐ μόνον τῶν στερεῶν μορίων ἐν τοῖς ζώοις ἡ διδασκαλία τῆς δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς περιεχομένων ἔσται, φλέγματος, χολῆς, αἵματος, οὔρου, κόπρου καὶ τῶν ὁμοίων. ἐν μὲν οὖν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις οὐ πολλὰ τῶν κατὰ μέρος ἐν ταῖς ὑπὸ τῶν ἰατρῶν γεγραμμέναις ὕλαις ἄγνωστά μοι γέ-

verſo terrarum orbe reperiatur, ſed quantum nobis experiri ejus datum eſt. In ſuperiore vero, qui eſt totius operis nonus, eam quae verſatur in terreis ac lapidoſis corporibus enarravimus. Reliquum porro nunc eſt ut eam quae ab animalibus ſumitur materiam perſequamur. Deinde reſtant quae in mari, paludibus, aut omnino in aqua naſcuntur, quae quidem neque plantae neque terra neque lapis neque animal ſunt. Ea plane pauciſſima ſunt et ultimo loco ſcribenda, poſtquam videlicet] quae ad animantium corpora pertinent abſolvero. In quibus is doctrinae ordo ſervabitur, qui in nomenclaturarum primis viſitur literis. Porro ſicut in plantarum materia etiam de ſuccis, qui ex ipſis fiunt, diſſerui, ita nunc quoque non ſolum edocebo ſolidarum in animalibus partium facultatem, ſed eorum quoque, quae in ipſis continentur, puta pituitae, bilis, ſanguinis, urinae, ſtercoris et ſimilium. Igitur in iis, quae ſuperius ſunt dicta, haud ita multa particularia eorum quae in materiis conſcripta ſunt a medicis ignota mihi fuere, verum

Ed. Chart. XIII. [274.] Ed. Baf. II. (130.)

γονεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐσπούδασα διὰ τῆς πείρας γνῶναι τὰς δυνάμεις αὐτῶν, εἴ τινος δ' οὐκ ἔγνων, οὐδ' ἔγραψα περὶ τούτου τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἀξιῶν ἄλλοις πιστεύειν οὐδὲ περὶ ἑνὸς τοιούτου, διὰ τὸ καταμαθεῖν ἐνίους πολλὰ ψευδομένους. ἐπὶ δὲ τῆς νῦν προκειμένης ὕλης οὐχ οὕτως ἔχει. πάμπολλα ὁμολογῶ μορίων τε καὶ ὑγρῶν ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασι περιεχομένων, ὧν οὐδεμίαν αὐτὸς ἔσχηκα τοιαύτην πεῖραν, ὁποίαν ἔγραψάν τινες· ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν ἀσελγῆ τέ ἐστι καὶ βδελυρὰ, τινὰ δὲ καὶ πρὸς τῶν νόμων ἀπηγορευμένα, περὶ ὧν οὐκ οἶδα πῶς ἔγραψεν ὁ Ξενοκράτης, ἄνθρωπος οὐ πάλαι γεγονὼς, ἀλλὰ κατὰ τοὺς πάππους ἡμῶν, τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἀπηγορευκυίας ἀνθρώπους ἐσθίειν, ἀλλ' ἐκεῖνός γε ὡς αὐτὸς πεπειραμένος ἀξιοπίστως πάνυ γράφει τίνα πάθη θεραπεύειν πέφυκεν ἐγκέφαλος ἐσθιόμενος ἢ σάρκες ἢ ἧπαρ ἀνθρώπου, τίνα δὲ τὰ τῆς κεφαλῆς ἢ κνήμης ἢ δακτύλων ὀστᾶ τὰ μὲν καυθέντα, τὰ δ' ἄκαυστα πινόμενα, τίνα δ' αὐτὸ τὸ αἷμα. ταῦτα μὲν οὖν εἰ καὶ

operam dedi, ut ipſe per experientiam facultates eorum cognoſcerem. Quod ſi quid ignorabam, plane nec de illo quicquam conſcripſi, haud credendum aliis cenſens ne de uno quidem ejusmodi, quod certum habeam nonnullos multa mentiri. At in praeſenti materia non ita ſe res habet. Ingenue ſiquidem fateor complura eſſe tum partium tum liquorum in animantium corporibus comprehenſorum, quorum nullius eiuſmodi ſeci periculum, cujusmodi quidam ſcriptum reliquerunt. Siquidem quaedam eorum abominanda deteſtandaque ſunt, quaedam etiam legibus vetita, de quibus haud ſcio quo pacto ſcribere licuit Xenocrati, homini non olim nato, ſed proavorum noſtrorum ſeculo, quum imperium Romanum hominibus veſci vetuiſſet. Atque ille ſane, tanquam ipſemet fuerit expertus, magna profecto fiducia ſcribit, quosnam affectus curare valeat comeſum cerebrum, aut carnes, aut jecur humanum, quos autem capitis, ſurae et digitorum oſſa, partim uſta, partim uſtionem non experta, quae denique et ſanguis. Sed haec ſane tametſi con-

Ed. Chart. XIII. [274.] Ed. Baf. II. (130.)

παρὰ τοὺς νόμους, ἀλλ' οὐκ ἀσελγῆ γε. πόσις δ' ἱδρῶτός τε καὶ οὔρου καὶ καταμηνίου γυναικὸς ἀσελγῆ καὶ βδελυρὰ, καὶ τούτων οὐδὲν ἧττον ἡ κόπρος, ἣν διαχριομένην τε τοῖς κατὰ τὸ στόμα καὶ τὴν φάρυγγα μορίοις εἴς τε τὴν γαστέρα καταπινομένην ἔγραψεν ὁ Ξενοκράτης ὅ τί ποτε ποιεῖν δύναται· γέγραφε δὲ καὶ περὶ τοῦ κατὰ τὰ ὦτα ῥύπου καταπινομένου. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδὲ τοῦτον ἂν ὑπέμεινα καταπιεῖν, ἐφ' ᾧ γε μηδέποτε νοσῆσαι. πολὺ δ' αὐτοῦ βδελυρώτερον ἡγοῦμαι τὴν κόπρον εἶναι. καὶ μεῖζόν γε ὄνειδός ἐστιν ἀνθρώπῳ σωφρονοῦντι κοπροφάγον ἀκούειν ἢ αἰσχρουργὸν ἢ κίναιδον, ἀλλὰ καὶ τῶν αἰσχρουργῶν μᾶλλον βδελυττόμεθα τοὺς φοινικίζοντας τῶν λεσβιαζόντων, ᾧ φαίνεταί μοι παραπλήσιόν τι πάσχειν ὁ καὶ καταμηνίου πίνων. οὔτ' οὖν τούτων ὑπομεῖναι τις ἂν εἰς πεῖραν ἐλθεῖν ἄνθρωπος κατὰ φύσιν ἔχων οὔθ' ὅσα μετριώτερα μὲν τούτων, ἔτι δ' ἀσελγῆ, κόπρῳ καταχρίεσθαί τι τοῦ σώματος μέρος, ἕνεκα τοῦ κατ' αὐτὸ πάθους, ἢ ἀνθρώπου σπέρματος. γόνον δὲ αὐτὸ καλεῖν

tra leges funt, non tamen funt foeda atque abominanda. At potio fudoris aut urinae aut menfium mulieris abominanda deteftandaque eft, atque horum in primis ftercus, quod tamen fcribit Xenocrates, fi oris ac gutturis partibus inungatur et in ventrem devoretur, quid praeftare valeat. Scripfit etiam de aurium fordibus devorandis. At ego ne has quidem unquam devorare fuftineam, ne fi in totum quidem morbo deinceps liber degerem. Atque his etiam magis abominandum puto ftercus. Eftque probrum gravius homini modefto audire ftercorivorum quam fellatorem aut cinaedum. Et inter fellatores magis execramur qui phoenicissant quam qui lesbiantur. Cui non diffimile mihi videtur perpeti qui menfes bibere fuftinet. Itaque horum nemo periculum facere non averfabitur hominum certe fecundum naturam habentium, neque infuper eorum, quae tametfi modeftiora videantur, tamen etiam foeda funt, nempe partem aliquam corporis ftercore inungi perpeti ob affectum fcilicet, fi quem patiatur, aut humano femine, id

Ed. Chart. XIII. [274. 275.] Ed. Baf. II. (130.)
εἴωθεν ὁ Ξενοκράτης, [275] καὶ διορίζεταί γε μετὰ πάσης ἐπιμελείας τίνα μὲν αὐτὸς ὁ γόνος μόνος ὠφελεῖν πέφυκε καταχριόμενος, τίνα δὲ μετὰ τὴν ὁμιλίαν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ὅταν ἐκπέσῃ τοῦ γυναικείου κόλπου. μεγάλην γάρ τινα δεῖ γενέσθαι βοηθημάτων πενίαν, ἵνα τις χίμεθλα θεραπεύσῃ ὑπερχύσας ἀνδρὸς σπέρμα μὴ μεῖναν ἔνδον, ἀλλ᾽ ἐκρυὲν τῆς γυναικὸς ἐπὶ τῇ συνουσίᾳ. πολὺ μὲν δὴ καὶ τὸ τοιοῦτο τῆς ὕλης εἶδός ἐστιν ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων ὠφελείας ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγραμμένοις. οὐ γὰρ ἀνθρώπου δηλονότι, τίνα δύναμιν ἔχει πινόμενον οὖρον ἢ καταπινομένοις τε καὶ διαχριομένοις τοῖς ἐν τὸ στόματι μέρεσι κόπρος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἑκάστου διηγεῖται, πολὺ δ᾽ ἄλλο τῶν δυσποριστων, οἷον ὅταν ἐλέφαντος ἢ ἵππου Νειλώου μνημονεύῃ. βασιλίσκον μὲν γὰρ τὸ θηρίον οὐδὲ εἶδον οὐδέποτε, καὶ εἰ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα περὶ αὐτοῦ, κινδυνῶδές ἐστι καὶ τὸ πλησίον ἀφικέσθαι τῷ ζώῳ τούτῳ. παραπλήσια δὲ τῷ Ξενακράτει καὶ ἄλλοι τινὲς ἔγραψαν περὶ ζώων, ἐξ ὧν καὶ

quod genituram appellare folet Xenocrates, fummaque diligentia diftinguit quaenam ipsa genitura fola illita juvare queat, quae vero ubi ex finu mulieris poft coitum viri effluxerit. Nam ingens fit medicamentorum penuria oportet, ubi quis, quo perniones curet, viri femen conqnirere cogitur quod in mulieris congreffu intus non remanfit, verum effluxit. Atque pleraqne fane ejufmodi materiae fpecies eft in iis quae de utilitate ab animalibus percipienda ab illo funt confcripta. Siquidem non quam vim habeat epota urina, aut devoratum illitumve oris partibus ftercus duntaxat hominis enarrat, verum etiam aliorum cuiufque animalium, atque alia etiam non pauca rarorum et paratu difficilium, puta quum elephanti, aut equi Niloi meminit. Nam beftiam feu feram regiam, quam vocant bafilifcon, ne videre quidem unquam contigit, et fi vera funt, quae de illa referuntur, periculofum etiam eft vel prope accedere ad hoc animal. Non diffimilia iis quae a Xenocrate fcripta funt et ab aliis prodita funt de animalibus, ex quibus et ipfe

Ed. Chart. XIII. [275.] Ed. Baſ. II. (131.)

αὐ(131)τὸς ὁ Ξενοκράτης ἐξεγράψατο τὰ πλεῖστα. πόθεν γὰρ ἂν ηὐπόρησε τοσούτων τε καὶ τοιούτων πραγμάτων αὐτὸς πειραθῆναι; ὁ γοῦν ἡμέτερος γενόμενός ποτε βασιλεὺς Ἄτταλος ἐλάττονα φαίνεται γράφων, καίτοι φιλοτιμότατα σχὼν περὶ τὴν τῶν τοιούτων πεῖραν. ἐπαινῶν δέ τις Ἀτευρίστου τὴν αὐτὴν πραγματείαν, ἔδωκέ μοι καὶ αὐτὴν διελθεῖν, ὥς γε ἐμοὶ δοκεῖ, χωρὶς αὐτοψίας ἰδίας τοῦ γράψαντος αὐτὴν γεγονυῖαν. ἐγὼ τοίνυν οὔτε βασιλίσκων οὔτε ἐλεφάντων οὔθ' ἵππων Νειλώων οὔτ' ἄλλου τινὸς οὗ μὴ πεῖραν αὐτὸς ἔχω μνημονεύσω, τῶν δὲ καλουμένων φίλτρων, ἀγωγίμων, ὀνειροπομπῶν τε καὶ μισήτρων, αὐτοῖς γὰρ τοῖς ἐκείνων ὀνόμασιν ἐξεπίτηδες χρῶμαι, τὴν ἀρχὴν ἂν, οὐδ' εἰ πεῖραν ἱκανὴν εἶχον, ἐμνημόνευσα διὰ γραμμάτων, ὥσπερ οὐδὲ τῶν θανασίμων φαρμάκων ἢ τῶν ὡς αὐτοὶ καλοῦσιν παθοποιῶν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ αὐτῶν καὶ γελοῖα, καταδῆσαι τοὺς ἀντιδίκους, ὡς μηδὲν ἐπὶ τοῦ δικανικοῦ δυνηθῆναι φθέγξασθαι, ἢ ἐκτρῶσαι ποιῆσαι τὴν κύουσαν, ἢ μηδέποτε

Xenocrates pleraque exſcripſit. Nam unde illi tantarum taliumque rerum experiundarum fuiſſet copia? Sane rex quondam noſter Attalus, quum ambitioſiſſime talia ad experientiam conquireret, tamen pauciora ſcribere conſpicitur. Porro quidam Ateuriſti eandem tractationem commendans, enarrandam mihi tradidit, caeterum judicio meo nec illa quidem etiam ita ab illo conſcripta eſt, ut omnia ipſe fuerit intuitus oculisque ſuis praeſens conſpexerit. Proinde nec ego baſiliſcorum aut elephantorum aut equorum Niloorum, neque alterius cuiusquam cujus ipſe periculum non fecerim meminero. Porro *φίλτρων, ἀγωγίμων, ὀνειροπομπῶν* et *μισήτρων* vocatorum, ex induſtria enim ipſa illorum nomina recenſui, plane nec ſi abunde illa forem expertus, mentionem facere in animum inducerem, ſicuti nec lethalium medicamentorum, aut, ut ipſi vocant, *παθοποιῶν*. Nam illa ſane ridicula ſunt, conſtringere ac vincire adverſarios, ut in judicio nihil poſſint eloqui, aut gravidae abortum afferre, aut ut ne unquam deinceps concipiat effi-

συλλαβεῖν, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. τὰ μέν γε πλεῖστα εἶναι τούτων ἐστὶ καὶ πρὸς τῆς πείρας ἀδύνατα ὑπάρχειν, ἔνια δὲ εἰ καὶ δυνατὰ, βλαβερὰ γοῦν γ' ἐστὶ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, ὥστ' ἐγὼ νὴ τοὺς θεοὺς θαυμάζω κατὰ τίνα τὴν ἔννοιαν ἧκον ἐπὶ τὸ γράφειν αὐτά τινες. ἃ γὰρ καὶ τοῖς ζῶσιν ἀδοξίαν φέρει γνωσθέντα, πῶς ταῦτα μετὰ θάνατον εὐδοξίαν οἴσειν αὐτοῖς ἤλπισαν; εἰ μὲν οὖν βασιλεῖς ὄντες ἐν ἀνθρώποις ἐπὶ θανάτῳ κατακεκριμένοις ἐποιήσαντο τὴν πεῖραν αὐτῶν, οὐδὲν ἔπραξαν δεινόν. ἐπεὶ δ' ἰδιῶται τοιαύτης ἐξουσίας ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ γεγονότες ἐπὶ τὸ γράφειν ἧκον αὐτὰ, δυοῖν θάτερον, ἢ μὴ πειραθέντες αὐτοὶ γράφουσιν ὑπὲρ ὧν οὐκ ἴσασιν, ἢ εἴπερ ἐπειράθησαν, ἀσεβέστατοι πάντων ἀνθρώπων εἰσὶν, ἕνεκα πείρας ὀλέθρια δόντες φάρμακα τοῖς οὐδὲν ἠδικηκόσιν, ἐνίοτε δὲ καὶ καλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. ἰατροὺς γοῦν τις ἑστῶτας ἐπὶ ῥωποπώλαις θεασάμενος δύο, προσεκόμισεν αὐτοῖς μέλι πιπράσκων δῆθεν. οἱ δὲ ἐγεύσαντό τε καὶ περὶ τῆς τιμῆς διελέγοντο καὶ ὡς ὀλίγον αὐτῶν διδόντων, ὁ μὲν σπεύσας ἐχωρήθη, τῶν δ'

[25. *De ſtercore columbino.*] Porro ſtercore columbarum nomadum, nam ſic eas quidam cognominant a domeſticis videlicet diſtinguentes, tanquam medicamento calefaciente et ipſe ad multa frequenter admodum utor, nempe cum ſemine naſturtii contuſum cribratumque ſiccum vice napyos ad ea quae rubrificari debent adhibens. Manifeſtum

λον δ' ὅτι τοὺς κεχρονικότας ἅπαντας ἐν τοῖς τοιοῖσδε λέγω πάθεσιν ὁποῖόν ἐστιν ἰσχιὰς, ἡμικρανία, σκοτώματά τε καὶ σκοτόδινοι καὶ κεφαλαῖαι καὶ τὰ κατὰ πλευρὰς ἢ ὠμοπλάτας ἢ τένοντα ἢ ψόας ἀλγήματα χρόνια, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι νεφρίτιδές τε καὶ κοιλιακαὶ διαθέσεις καὶ ποδαγρικαὶ ἀρθρίτιδες, ὅταν γε μηδέπω σύστασις ᾖ πώρων ἐν τοῖς ἄρθροις αὐτῶν. αὕτη μὲν οὖν ἡ κόπρος οὐδὲν ἔχει δυσῶδες καὶ μάλιστα ξηρανθεῖσα. διὸ καὶ κατὰ πόλεις αὐτῇ χρώμεθα πολυειδῶς, ἀναμιγνύντες ἄλλοτε ἄλλῳ φαρμάκῳ.

[κστ'. Περὶ ἀλεκτορίδος κόπρου.] Τῇ δὲ τῶν ἀλεκτορίδων ἑωρακὼς τὸν ἐν τῇ Μυσίᾳ χρώμενον ἐπὶ τῶν ὑπὸ τῆς μυκήτων ἐδωδῆς πνιγομένων ἐχρησάμην καὶ αὐτὸς ἐπί τινων ἐν τῇ πόλει προσενηνεγμένων αὐτὴν, ἐπὶ πάντων λειουμένην κυάθοις τρισὶν ἢ τέτρασιν ὀξυκράτου τε καὶ ὀξυμέλιτος, καὶ προφανῶς ὠφέλησεν διὰ ταχέων. ἤμεσαν γὰρ ὀλίγον ὕστερον οἱ πνιγόμενοι φλεγματώδη παχύτατον χυμὸν, ἐφ' ᾧ τελέως ἐπαύσαντο τοῦ συμπτώματος. ἔστι δὲ τῆς τῶν περιστερῶν ἧττον ἡ κόπρος αὕτη θερμή. ὁ δ' ἐπὶ τῆς Μυ-

autem eſt quod inveterata omnia dico in talibus affectibus, quales ſunt coxendix, hemicrania, ſcotomata, vertigines et cephalaea, et in lateribus, ſcapulis, cervice, lumbis, dolores inveterati, et ad haec nephritides et affectus coeliaci et podagricae arthritides, quando videlicet in articulis eorum nondum conſtiterint tophi. Atque hoc ſtercus plane foetidum non eſt maxime arefactum. Quocirca et in urbibus eo varie utimur, alias aliis miſcentes medicamentis.

[26. *De ſtercore gallinaco.*] Porro quum conſpexiſſem illum in Myſia medicum gallinaceo utentem ſtercore in eis, qui ab eſu fungorum ſuffocabantur, et ipſe quoque ſum uſus in quibusdam urbem inhabitantibus, qui et ipſi fungos eſitarant, ipſum videlicet ad laevorem contritum tribus quatuorve oxycrati aut oxymelitis inſpergens cyathis; et palam adjuti ſunt idque celeriter. Nam qui praefocabantur, paulo poſt vomebant pituitoſum humorem omnino craſſiſſimum, et exinde plane liberati ſunt ſymptomate. Eſt autem hoc ſtercus columbino minus calidum. Caeterum My-

Ed. Chart. XIII. [292. 293.] Ed. Baf. II. (139. 140.)

σίας ἰατρὸς καὶ τοῖς χρονίοις κωλικοῖς ἐδίδου πίνειν τῆς τῶν ἀλεκτορί(140)δων κόπρου δι' οἰνομέλιτος· εἰ δὲ μὴ παρείη τοῦτο, δι' ὄξους ἢ οἴνου κεκραμένου ὕδατι. μεμνῆσθαι δέ σε χρὴ τοῦ κοινοῦ περὶ πάντων ζώων λόγου, κατά τε τὰ περιεχόμενα κατὰ τὰ σώματα αὐτῶν, ὑγρά τε καὶ στερεὰ, καὶ κατὰ τὰ μόρια παμπόλλην εἶναι τὴν διαφορὰν τῶν ὀρείων καλουμένων, παρά τε τὰ κατὰ πεδία καὶ ἕλη καὶ λίμνας καὶ κατὰ τὴν [293] οἰκίαν. ἀεὶ γὰρ τὰ γυμναζόμενα τῶν ἀγυμνάστων ἐστὶ ξηρότερα καὶ τὰ τροφαῖς χρώμενα ξηροτέραις τε καὶ θερμοτέραις τῶν ὑγροτέραις τε καὶ ψυχροτέραις χρωμένων. ἐπὶ γοῦν τῶν περιστερῶν διὰ τὸ συνεχῶς χρῆσθαι τῇ κόπρῳ πάμπολυ λειπομένην εὗρον ἀεὶ τῶν ἐπὶ ταῖς οἰκίαις τρεφομένων τῆς τῶν ὀρείων νομάδων. εὗρον δὲ καὶ τὴν τῶν ἀλεκτορίδων ἀσθενεστέραν πολὺ τῶν ἐγκεκλεισμένων τε καὶ πιτύροις τρεφομένων, ἰσχυρότερον δ' οὐκ ὀλίγῳ τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς κατὰ τὰς αὐλάς τε καὶ τούτων ἔξωθεν νεμομένων.

ſius ille medicus dabat etiam bibendum ſtercus gallinaceum iis qui diutino coli dolore fuiſſent vexati ex oenomelite, quod ſi hoc non aderat, ex aceto aut vino aqua diluto. Porro memoria tenere oportet communem de omnibus animantibus rationem, nempe in iis quae in corporibus ipſorum continentur, tam humida quam ſolida, tum in ipſis partibus plurimam eſſe diverſitatem montanorum quae vocant et eorum quae in pratis, paludibus, lacubus et aedibus verſantur. Semper enim quae exercentur iis quae non exercentur ſunt ſicciora, et quae cibis utuntur calidioribus ſiccioribusque iis quae humidis frigidisque. Nam in columbis, quandoquidem creber nobis earum ſtercoris eſt uſus, multo ſemper inferius ac imbecillius expertus ſum earum ſtercus quae in domibus degebant quam earum quae in montibus, quas nomadas nuncupant. Tum gallinarum quoque inveni multo etiam imbecillius earum quae concluſae ſervantur et furſuribus aluntur, non paulo autem valentius earum quae in agris, atriis aut foris paſcuntur.

Ed. Chart. XIII. [293.] Ed. Baf. II. (140.)

[κζʹ. *Περὶ κόπρου χηνῶν τε καὶ πελαργῶν.*] Ἡ δὲ τῶν χηνῶν κόπρος ἄχρηστός ἐστι διὰ πολλὴν δριμύτητα. λογίζομαι δὲ καὶ τὴν ἱεράκων τε καὶ ἀετῶν. ἀλλὰ καὶ τὸ δυσπόριστον ἁπάσης τῆς τοιαύτης ὕλης φευκτέον. ἐξ οὗ καὶ μᾶλλον ὁρμώμενοί τινες ἰσχυρὰς δυνάμεις μαρτυροῦσι ταῖς τοιαύταις ὕλαις, ὡς οὐ ῥᾳδίως ἐλεγχθησόμενοι, καθάπερ οἱ τὴν τῶν πελαργῶν κόπρον ἐπιλήπτους ἰᾶσθαι γράψαντες. ἀλλ' αὕτη μέντοι πολλῶν ὄντων ἄλλων ὧν γράφουσιν εὐποριστωτέρα κατὰ πολὺ τυγχάνουσα περίεργον ὅμως τ' ἐστὶ πρὸς τῷ μηδ' ἀληθὲς εἶναι τὸ γεγραμμένον ὑπ' αὐτῆς. πεισθεὶς γοῦν τις ὑπὸ τῶν γραφόντων τὰ τοιαῦτα καὶ πιὼν τῆς κόπρου ταύτης οὐδὲν ὤνηται. δηλοῦσι γοῦν καὶ πρὸ τῆς πείρας οἱ γράφοντες αὐτὰ τὸ μοχθηρὸν ὧν ἐπαγγέλλονται. κατὰ πολλοὺς γὰρ τρόπους δυσπνοούντων ἀνθρώπων οὔθ' ὅ τι πᾶσιν ἁρμόττει προστιθέασι κατὰ τὸν λόγον οὔθ' ὅ τι τοῖσδέ τισιν, ἢ τῷδε. τινές γε μὴν τῶν γραψάντων οὐ δυσπνοίας ἁπλῶς, ἀλλ' ὀρθοπνοίας λέγουσιν ἰάματα εἶναι τὰ τοιαῦτα, κόπρον πελαργοῦ καὶ γλαυκὸς αἷμα καὶ οὖρον

[27. *De ftercore anferum et ciconiarum.*] Caeterum ftercus anferinum prae nimia acrimonia inutile eft. Colligo enim ita effe et accipitrum et aquilarum. Verum fugienda eft materia omnis ejusmodi, quae difficulter comparari poteft. Qua occafione complures validiffimas vires talibus materiis teftimonio afcribunt fuo, ceu non facile redarguendi, velut qui ciconiarum ftercus comitiali morbo mederi fcriptitant. Verum quamquam hoc multis aliis quae fcribunt longe fit parabilius, curiofum tamen eft, ut taceam falfum effe, quod de illo eft proditum; nam quidam iis qui talia memorant credulus epoto hoc ftercore nihil adjutus eft. Nam et antequam experiare, promifforum pravitatem ac falfitatem ipfi qui talia fcribunt detegunt, nam quum multis modis difficulter homines fpirent, neque quod omnibus conferant afcribunt neque quod his aut huic. Tametfi funt inter eos qui talia fcriptitant qui non fimpliciter dyfpnoeae, difficilis fpirationis, fed orthopnoeae talia effe remedia dicunt, nempe ciconiae ftercus, noctuae fan-

ἀνθρώπου καὶ ἄλλα τούτων ἀτοπώτερα μὴ γινώσκοντες, ὅτι φλεγματώδης καὶ γλίσχρος χυμὸς ἐμφράττων τὰ βρογχία τοῦ πνεύμονος αἴτιος γίνεται τοῦ πάθους τούτου καὶ ὡς ἴασις ἐν τῷ κενῶσαι τοῦτό ἐστιν, καὶ ὡς ἡ κένωσις αὐτοῦ καὶ μετὰ βηχὸς ἀναπτυομένου γίγνεται, καὶ ὡς οὐκ ἐνδέχεται τοῦτο γίνεσθαι μὴ πολλάκις ποθέντος δριμυτέρου φαρμάκου. οἱ δέ γε οὕτως εἰσὶ ληρώδεις ἢ γόητες ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι φῶ, ὡς τῶν ἀτόπων ἕκαστον τούτων πομάτων ποθὲν ἀπαλλάττειν τῆς δυσπνοίας φασὶ τοὺς κάμνοντας, ὅπερ οὐδ' εἰ μήλην τις καθεὶς εἰς τὸν πνεύμονα δι' ἐκείνης ἀφαιρεῖν ἐδύνατο τὸν ἐμπεπλασμένον χυμὸν, ἐκ μιᾶς ἂν ἐπιβολῆς ἐπράχθη. κάλλιον οὖν ἦν αὐτοῖς, οὐκ εἰ ποθείη τόδε τι τὸ αἷμα ἢ τὸ οὖρον τὴν δύσπνοιαν ἰᾶσθαι λέγειν, ἀλλ' εἰ πίνοιτο. κάλλιον δὲ ὅτι μὴ πάντῃ τε καὶ πάντως ἰάσεται, μηδ' εἰ πίνοιτο συνεχῶς, ἀλλ' ὅτι πολλοὺς μὲν ἰάσατο, πολλοὺς δὲ ὠφέλησεν μὲν, οὐ τελέως δ' ἀπήλλαξε τοῦ νοσήματος. ἀλλὰ τούτους μὲν ἤδη καταλίπωμεν, ἐπὶ δὲ τὸ συνεχὲς ἴωμεν τοῦ λόγου. πάσης γάρ τοι κόπρου τὸ δριμὺ καὶ

guinem, urinam humanam et alia his abſurdiora, haud ſcientes quod pituitoſus viſcoſusque ſuccus bronchia obſtruens pulmonis, hujus affectus ſit cauſa et quod in eo evacuando conſiſtat medela, quod evacuatur dum per tuſſim excreatur, et quod id fieri nequeat absque crebro epoto medicamento acriore. At hi adeo ſunt nugaces, aut praeſtigiatores, aut quo illos digno appellem nomine neſcio, ut dicant abſurdorum iſtorum poculorum unumquodque epotum a dyſpnoea liberare, quod fieri non poſſet, ne ſi vel ſpecillum fas eſſet alicui in pulmonem demittere, quo infixum humorem tolleret ſemel duntaxat demiſſo. Praeſtabat itaque illis dixiſſe, non ſi epotus ſit hic ſanguis aut urina, ſanare dyſpnoeam, ſed ſi potetur, rectiusque etiam quod non ſemper et omnino ſanabit, ne ſi vel aſſiduo potetur, ſed quod multos ſanavit, multos vero adjuvit quidem, ſed morbo prorſum non liberavit. Sed hos jam mittamus et quod deinceps eſt, ad id pergamus. Cujusque enim ſtercoris acrimoniam et digerendi vim poſſidentis,

Ed. Chart. XIII. [293. 294.] Ed. Baſ. II. (140.)

διαφορητικὸν ἐχούσης παρὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἑτέραν ἑτέρας τὴν τοιαύτην ἔχειν δύναμιν, αἳ κατὰ μέρος ἐν αὐταῖς γίνονται διαφοραὶ, καὶ διὰ τοῦτο τινὰς μὲν τόδε τι τὸ πάθημα, τινὰς δὲ τόδε τι θεραπεύειν μᾶλλον.

[κη'. Περὶ μυῶν κόπρου.] Οὕτω γοῦν καὶ τὰ τῶν μυῶν ἀποπατήματα γεγράφασιν ἀλωπεκίας θεραπεύειν, καὶ ἦν τις ἰατρὸς ὃς [294] ἐχρῆτο τῷ συνθέτῳ φαρμάκῳ διὰ μυῶν κόπρου κατεσκευασμένῳ πρὸς τὸ πάθημα τοῦτο. καί τις ἄλλος βαλάνιον προσθεῖναι παιδίῳ δεομένῳ τῶν οἰκείων ἐκέλευσεν παρασκευασθῆναι μυῶν κόπρῳ, ἐφ᾽ ὧν πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐγέλασαν, εἰ τοσούτων ὄντων, ἃ προστιθέμενα τῇ ἕδρᾳ πρὸς ἔκκρισιν ἐπεγείρει τὸ ἔντερον, ἅπανθ᾽ ὑπερβὰς ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν τῶν μυῶν ἧκε κόπρον. ἔστι γὰρ ὄντως αἰδεσθῆναι τὰ τοιαῦτα καὶ εἰς πεῖραν ἄγειν ἁπάντων καταγινωσκόντων ὡς περιέργου τε καὶ γόητος ὃς ἂν ταῦτα πράττῃ τε καὶ λέγῃ. περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν μυῶν κόπρου καὶ ταῦθ᾽ ἱκανά.

[κθ'. Περὶ κόπρου τῶν χερσαίων κροκοδείλων καὶ

prout aliud alio plus minusve ejus ſortitum eſt facultatis, ita particulares in ipſis proveniunt differentiae, ac proinde aliud hoc pathema potius, aliud illud magis curare valet.

[28. *De ſtercore murium.*] Sic enim murium ſtercus alopecias curare proditum eſt, et inventus eſt quidam medicus, qui ad hoc pathema utebatur compoſito medicamento ex murium ſtercore confecto. Et alius quidam glandem puero familiaribus rogantibus ut apponeret praecepit ut ex ſtercore conficeretur murium. Quo dicto omnes qui audierant in riſum ſoluti ſunt, quod quum tot eſſent quae appoſita ſedi ad excretionem excitarent inteſtinum, ille omnibus praeteritis ad murium confugiſſet ſtercus. Nam re vera pudendum eſt alia etiam experiri velle, quum omnes ceu curioſum et praeſtigiatorem condemnent eum qui talia aut faciat aut dicat. Itaque de murium ſtercore haec quoque ſufficiunt.

[29. *De ſtercore crocodilorum terreſtrium et ſtur-*

ψάρων.] Τὴν δὲ τῶν χερσαίων κροκοδείλων τούτων τῶν μικρῶν τε καὶ χαμαιρεπῶν κόπρον ἔντιμον αἱ τρυφῶσαι πεποιήκασι γυναῖκες, αἷς οὐκ ἀρκέσει τοῖς ἄλλοις φαρμάκοις τοσούτοις οὖσιν λαμπρόν τε καὶ τετανὸν ἐργάσασθαι τὸ περὶ τὸ πρόσωπον δέρμα, προστιθέασι δ' αὐτοῖς καὶ τὴν τῶν κροκοδείλων κόπρον. ὁμοία δ' αὐτῇ γίνεται καὶ ἡ τῶν ψάρων, ὅταν ὄρυζαν μόνην ἐσθίωσιν. εὔδηλον οὖν ὅτι ῥυπτικήν τε καὶ ξηραντικὴν δύναμιν ἔχουσιν αἱ τοιαῦται κόπροι μετρίαν ἑκατέραν καὶ πολὺ μετριώτεραί τε καὶ ἀμυδρότεραι αἱ τῶν ψάρων. ἡ δέ γε τῶν κροκοδείλων κόπρος ὥσπερ τῶν προσώπων τὴν ἔφηλιν ἀφαιρεῖν πέφυκεν, οὕτω καὶ ἐλεῖν ἀλφοὺς καὶ λειχῆνας.

[λ'. Περὶ ῥύπου τῶν ἀνθρώπων.] Ῥύπος γεννᾶται μὲν οὐ μόνον ἐπὶ παντὸς τοῦ κατὰ τὸ σῶμα δέρματος, ἀλλὰ κἀν τοῖς ὠσὶ, διὰ δὲ βραχύτητα δυσπόριστός ἐστι καὶ κατὰ τοῦτο περὶ αὐτοῦ γεγράφασιν οὐδὲν, ὅτι μὴ παρωνυχίαις ἁρμόττειν τὸν ἐκ τοῦ ὠτὸς ῥύπον, ὅνπερ δὴ καὶ μόνον οἷόν τε λαβεῖν ἐστι καθ' ἑαυτόν. ὁ γὰρ ἐπιτρεφόμενος ἅπαντι τῷ δέρματι κατά τε τὰ βαλανεῖα καὶ τὰς παλαίστρας ἀποῤῥύ-

norum.] Caeterum terreſtrium crocodilorum, horum inquam exiguorum et humi ſerpentium, ſtercus pretioſum effecere mulieres delicioſae, quibus non eſt ſatis, quod alia ſint medicamenta tam multa, quibus faciei cutis et tenſa et ſplendens efficitur, quin etiam adjungant ſtercus crocodilorum. Simile illi fit et ſturnorum ſtercus, quum ſolam oryzam ederint. Clarum itaque eſt quod abſtergendi deſiccandique facultatem utramque moderatam habent ſtercora ejusmodi et multo moderatiorem et hebetiorem ſtercus ſturnorum. At ſtercus crocodilorum ſicut a facie ephelen tollit, ita et vitiliginem et lichenas.

[30. *De ſordibus hominum.*] Sordes naſcitur non tantum per totam corporis cutem, ſed et in auribus, ſed ob paucitatem paratu difficilis eſt. Proinde de illa nihil ſcribunt, niſi quod paronychiis congruat ſordes aurium, quam ſane etiam ſolam per ſe licet accipere. Nam quae in tota cute provenit et balneis et in palaeſtris deraditur,

πτεται, συντελῶν τι καὶ αὐτὸς τῷ καλουμένῳ πάτῳ, περὶ οὗ προείρηται. δηλοῖ δ' αὐτοῦ καὶ ἡ γένεσις τὴν φύσιν. εἰ γὰρ τοῦ κατὰ τὴν ἄδηλον διαπνοὴν ἐκκενουμένου τὸ παχυμερὲς καὶ γεῶδες ὑπόλειμμα ῥύπος γίγνεται, ξηραντικῆς ἐστι δυνάμεως, ἔχον τι καὶ θερμότητος. ὅ γε μὴν ἐπιτρεφόμενος τοῖς τῶν προβάτων ἐρίοις ῥύπος, ἐξ οὗ τὸν καλούμενον οἴσυπον ποιοῦσιν, πεπτικῆς ἐστι δυνάμεως παραπλησίως τῷ βουτύρῳ, βραχύ τι δὲ καὶ διαφορητικὸν ἔχει.

conferens nonnihil et ipſa pato quem vocant, de quo ſupra diſſerui. Sed et generatio ejus naturam indicat. Nam ſi ſordes eſt craſſum illud ac terreſtre quod reliquum eſt eorum quae per latentem tranſpirationem evacuantur, ſequitur ut deſiccandi vim habeat cum nonnulla caliditate junctam. Ea tamen ſordes, quae lanis ovium inhaeret et adnaſcitur, ex qua oeſypon quod vocant conficitur, concoquendi vim habet ſimilem butyro, paulum vero etiam digerentis facultatis obtinens.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΠΛΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΚΡΑΣΕΩΣ ΚΑΙ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Λ.

Ed. Chart. XIII. [295.] Ed. Baſ. II. (141.)

Προοίμιον. Τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων κοινὰ πᾶσιν αὐτοῖς ἐστιν, οὐδὲν μὴν οὕτω κοινὸν ὡς ἡ σάρξ. πᾶν γὰρ ζῶον ἔχει ταύτην. ἔναιμον μὲν ἄνθρωπός τε καὶ τετράποδα πάντα καὶ ὄρνιθες, ὄφεις τε καὶ σαῦροι καὶ χελῶναι καὶ ἄλλα τοιαῦτα· χωρὶς δ' αἵματος τά τ' ὄστρεα πάντα καὶ τῶν ἐνύδρων οὐκ ὀλίγα, καθάπερ καὶ τῶν

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM TEMPERAMENTIS AC FACVLTATIBVS LIBER XI.

Prooemium. Pleraeque animantium partes communes inter ſe omnium ſunt, nulla tamen eſt aeque communis ut caro. Hanc enim habet omne animal ſanguine quidem praeditum, ut homo et omnes quadrupedes, tum aves, ſerpentes, lacerti quos ſauros vocant, teſtudines et quae ſunt ejus generis: ſanguine carentia tum oſtrea omnia tum non pauca eorum quae in aquis degunt, ſicut et non-

ἐν αὐτῇ τῇ γῇ. καὶ τὸ ἐσθιόμενον τῶν ζώων ἡ σάρξ ἐστι μάλιστα. καὶ γὰρ καὶ τῶν σπλάγχνων ὁ πλεῖστος ὄγκος ἐκ τῶν κατ᾽ αὐτὰς γίνεται σαρκῶν. ἔνιοι δὲ τῶν ἰατρῶν τὴν μὲν ἐν τούτοις σάρκα παρέγχυμα καλοῦσιν, διότι τῶν φλεβῶν ἐκχεόμενον τὸ αἷμα περιπήγνυται πᾶσι τοῖς ἀγγείοις, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν, τὴν δ᾽ ἐν τοῖς μυσὶ μόνην ὀνομάζουσι σάρκα. περὶ μὲν δὴ τῶν ὀνομάτων, ὡς ἀεί φαμεν, ἐρίζειν οὐ χρὴ, τὴν δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐπιστήμην ἀσκητέον, ἧς καὶ ἡμεῖς ἀντιποιούμενοι διὰ παντὸς, ὅσα περὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστον ζῶον μορίων ἰδίων καὶ κοινῶν ἐπιστάμεθα, τὰ μὲν ἐκ τῆς πείρας, τὰ δ᾽ ἐκ τοῦ λόγου διδαχθέντες, ἐφεξῆς ἐροῦμεν ἅπαντα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ἰδίως ὀνομαζομένης σαρκὸς ποιησάμενοι.

[296] Κεφ. α΄. [α΄. *Περὶ σαρκὸς ἐχίδνης.*] Οὐχ ἅπασαι τῶν ζώων αἱ σάρκες ἄνθρωπον τρέφουσιν, ἀλλ᾽ ἐνίων εἰσὶ καὶ θανάσιμοι τῶν φαρμακωδῶν οὐδὲν ἧττον, ἃ καλοῦσι δηλητήρια, καὶ τῶν τρεφουσῶν δὲ ἡμᾶς σαρκῶν ἔνιαι μὲν αὐτὸ τοῦτο μόνον εἰσὶ τροφαὶ, τινὲς δὲ πρὸς τῷ τρέφειν

nulla quae in terris. Et quod ex animantibus maxime editur, caro eſt, nam et viſcerum plurima moles ex carnibus ipſis inhaerentibus conſtat. Verum nonnulli medicorum carnem viſcerum parenchyma vocandam cenſent, propterea quod ex venis effuſus ſanguis circum vaſa omnia concreſcat, ut ipſi arbitrantur, ſed eam quae viſitur in muſculis ſolam carnis appellatione dignantur. Verum de nominibus, ut ſemper monemus, contendendum non eſt, ſed exercenda potius rerum ſcientia, cujus nos quoque ſtudio usque dediti quaecunque tum de propriis cujusque animantis partibus tum de communibus cognovimus, eaque partim experientia partim ratione docti, omnia deinceps exponemus orſi a carne proprie dicta.

Cap. I. [1. *De carne viperae.*] Non omnes animalium carnes hominem nutriunt, ſed quorundam etiam lethales ſunt non ſecus atque venena quae vocant deleteria. Tum inter eas carnes quae hominem nutriunt, quaedam hoc ipſum tantum, ſunt nempe nutrimentum, quaedam vero

ἔχουσι καὶ τὴν ὡς φαρμάκου δύναμιν, ἐπειδὴ κατὰ τὸ ξηραίνειν ἢ ὑγραίνειν καὶ θερμαίνειν ἢ ψύχειν, ἀλλοιοῦσι τὸ σῶμα. τὰς γοῦν τῶν ἐχιδνῶν θερμαινούσας τε καὶ ξηραινούσας ἐναργῶς ἔστιν ἰδεῖν ἀρτυομένας, ὥσπερ αἱ ἐγχέλεις ἐλαίῳ καὶ ἁλσὶ καὶ ἀνήθῳ καὶ πράσῳ καὶ ὕδατι δηλονότι μετὰ τοῦ συμμέτρου. ὅτι δὲ καθαίρουσιν διὰ τοῦ δέρματος ἅπαν τὸ σῶμα γνῶναί σοι πάρεστι κἀξ ὧν ἐπειράθην ἐγὼ ἔτι νέος γενόμενος ἐπὶ τῆς ἡμετέρας Ἀσίας, ὧν ἕκαστον ἐφεξῆς ἤδη δίειμι. ἄνθρωπος νοσῶν τὸ καλούμενον πάθος ἐλέφαντα μέχρι μέν τινος ὁμοδίαιτος ἦν τοῖς συνήθεσιν, ἐπεὶ δ' ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας τε καὶ ὁμιλίας ἐκοινώνησαν μὲν ἔνιοι τοῦ πάθους, αὐτὸς δὲ δυσώδης ἦν ἤδη καὶ εἰδεχθὴς, καλύβην αὐτῷ πηξάμενοι πλησίον τῆς κώμης ἐπὶ χθαμαλοῦ τοῦ λόφου παρά τινι πηγῇ ἱδρύουσιν ἐν αὐτῇ τὸν ἄνθρωπον φέροντες τροφὰς αὐτῷ ἐφ' ἡμέρας τοσαύτας ὅσον ἀποζῆν ἱκανῶς. περὶ δὲ κυνὸς ἐπιτολὴν θερισταῖς πλησίον αὐτοῦ θερίζουσιν ἐκομίσθη τις οἶνος ἐν κεραμίῳ μάλ'

ſupra quam quod nutriunt habent et facultatem ceu medicamenti, quandoquidem deſiccando, humectando, calefaciendo ac refrigerando corpus alterant. Nam viperarum carnes palam videre eſt calefacientes et deſiccantes ubi condiuntur ceu anguillae, nempe oleo, ſale, anetho, porro et aqua, servato nimirum modo. Quod autem totum corpus per cutim evacuent, diſcere tibi liceat vel ex iis quae ego juvenis etiamnum in Aſia noſtra ſum expertus, quae ſigillatim deinceps narrabo; homo quidam morbo quem elephanta cognominant laborans aliquo usque cum ſodalibus converſabatur, donec ex ipſius conſuetudine converſationeque quidam noſtrum morbi inſicerentur contagione, et ille jam odoratu gravis ac foedus redderetur aſpectu. Conſtructo igitur illi tugurio proxime vicum in jugo collis propter fontem, illic hominem collocant, tantum illi quotidie ciborum ferentes quod vitae ſuſtinendae ſatis foret. Caeterum ad canis exortum quum forte meſſoribus haud procul inde metentibus vinum eſſet allatum in fictili ſane quam fragrans, is qui-

εὐώδης. ὁ μὲν κομίσας ἐγγὺς τῶν θεριζόντων καταθεὶς ἐχωρίσθη· τοῖς δ' ὡς ἧκεν ὁ καιρὸς τοῦ πίνειν, ἔθος μὲν ἦν αὐτοῖς ἐκχέουσι κρατῆρα μεθ' ὕδατος συμμέτρου κεραννύναι τὸν οἶνον, ὡς δὲ ἀνελομένου νεανίσκου τὸ κεράμιον, ἐξαιροῦντά τε τὸν οἶνον εἰς τὸν κρατῆρα, συνεξέπεσεν ἔχιδνα νεκρά. δείσαντες οὖν οἱ θερισταὶ μή τι πάθοιεν ἐκ τοῦ πόματος, αὐτοὶ μὲν ὕδατος ἔπιον, ὡς δ' ἀπηλλάττοντο, χαρίζονται δῆθεν ὑπὸ φιλανθρωπίας τῷ τὸν ἐλέφαντα νοσοῦντι τὸν ὅλον οἶνον, ἄμεινον αὐτῷ κρίναντες εἶναι τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν τοιούτῳ. ὁ δ' ἐκ τούτου πίνων ὑγιὴς ἐγένετο θαυμαστόν τινα τρόπον. ὅλον γὰρ αὐτοῦ τὸ τοῦ δέρματος ὀχθῶδες ἀπέπεσεν ὡς τῶν μαλακοστράκων ζώων τὸ σκέπασμα. ὅσον δ' ὑπόλοιπον ἦν ἔτι μαλακὸν ἱκανῶς ἐφαίνετο καθάπερ τὸ τῶν καράβων τε καὶ καρκίνων, ὅταν ἀποπέσῃ τὸ πέριξ ὄστρακον. ἕτερον τοιοῦτον ἐξ ὁμοίας περιπτώσεως ἐγένετο κατὰ τὴν ἐν Ἀσίᾳ Μυσίαν, οὐ πόῤῥω τῆς ἡμετέρας πόλεως. ἄνθρωπος ἐλέφαντι κάμνων ἐπὶ χρῆσιν ὥρμησεν ὑδάτων θερμῶν αὐτοφυῶν ὠφελείας ἐλπίδι. πολλάκις δ'

dem qui attulerat deposito illo prope messores abiit. Verum ubi ejus bibendi advenisset tempus, sublato fictili adolescens, ut pro more impleto cratere competente aqua vinum temperaret, in cratera vinum effundit et una excidit vipera mortua. Quare attoniti messores veriti ne quod, si bibissent, inde sibi malum eveniret, suam quidem sitim aquae potione sedare maluerunt. Caeterum quum illinc discederent, prae humanitate videlicet ac misericordia homini illi elephanti obnoxio vinum largiuntur, rati expedire illi potius mori qaum vivere in ea miseria. At ille ubi bibisset, admirandum in modum sanitati restitutus est. Nam tuberosum illud omne cutis totius non aliter quam animalium a testis mollitie nuncupatorum malacostracon tegmen decidit, quod autem reliquum erat molle admodum apparuit, instar cutis cancrorum et locustarum, ubi extima testa fuerit detracta. Alterum quoque ejusmodi non dissimili casu in Mysia Asiae non procul ab urbe nostra accidit. Vir quidam elephanto laborans profectus est ad aquarum calidarum sponte nascen-

ἦν αὐτῷ δούλη νέα τε καὶ καλὴ πολλοὺς ἐραστὰς ἔχουσα, ταύτῃ καὶ ἄλλα μέν τινα τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ἀτὰρ οὖν καὶ τὰ κατὰ τὸ ταμεῖον ἐπίστευεν ὁ κάμνων. ὡς δὲ καταχθέντων αὐτῶν, ἡνίκ' ἐχρῆτο τοῖς ὕδασιν, ἐν οἰκίᾳ παρακείμενον ἐχούσῃ χωρίον αὐχμηρὸν ἐχιδνῶν μεστὸν, ἐμπεσοῦσά τις αὐτῶν εἰς οἴνου κεράμιον ἀμελῶς κείμενον ἐναπέθανεν, ἕρμαιον ἡγησαμένη τὸ κατὰ τύχην ἐκβὰν ἡ παλλακὴ τῷ δεσπότῃ τὸν ποτὸν ἐκ τούτου προσέφερεν. ὁ δὲ πίνων αὐτὸ τῷ κατὰ τὴν καλύβην ὡσαύτως ὑγιάσθη. δύο μὲν ἤδη σοι ταῦτα διδάγματα τῆς κατὰ τὴν περίπτωσιν πείρας, ἕτερον δ' ἐπ' αὐτοῖς τρίτον ἐξ ἡμετέρας μιμήσεως. ἐπειδὴ γάρ τις νοσῶν τοῦτο τὸ νόσημα φιλοσοφώτερος ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς ἐδυσχέραινέ τε δεινῶς καὶ τεθνάναι βέλτιον ἢ ζῆν ἔφασκεν εἶναι, διακειμένῳ οὕτως ἀθλίως ἐδήλωσα τὰς προειρημένας δύο [297] περιπτώσεις αὐτῶν. ὁ δ', αὐτός τε γὰρ ἦν ἔμπειρος οἰωνῶν ἐχρήσατό τε φίλῳ θαυμαστῶς κατορθοῦντι τὸ μάθημα, καθίσας ἐπ' ὄρνισιν ἅμ' ἐκείνῳ προὐ-

tium ufum, fperans inde nonnihil fe commodi adepturum. Erat illi fcortum mancipium juvencula fane formofa compluribus amatoribus ambita. Ille iftius fidei tum nonnulla alia ad rem domefticam fpectantia tum penu ipfum crediderat. Profectis igitur illis, in aedibus, quibus vicinus erat locus fquallidus et viperarum plenus, forte fortuna ex illis una in urceum vini incidit negligentius pofitum extinctaque eft. Ac fcortum quidem in lucro id reputans quod forte eveniffet, hero id vini propinat atque ille ebibit. Caeterum exinde ad eum modum quo ille qui degebat in tugurio perfanatus eft. Porro tertium quoque annectam quod ex noftra profectum eft imitatione. Quum quidam hoc morbo aegrotaret, animo magis quam vulgus philofophico et comtemptore mortis oppido quam graviter ferebat, fatiusque dicebat mortem femel perpeti quam vitam vivere tam miferabilem. Itaque illi quae fuperioribus duobus accidiffent indico. Erat autem ipfe auguriorum peritus et amico utebatur mirifice hanc difciplinam tractante. Itaque ubi ad augurium cum illo confediffet, perfuafus eft ut quae per ex-

τράπη τε μιμήσασθαι τὰ διὰ τῆς πείρας ἐγνωσμένα καὶ πίνων οἶνον οὕτω φαρμαχθέντα λεπρώδης ἐγένετο. χρόνῳ δ' ὕστερον ἰασάμεθα καὶ τὴν λέπραν αὐτοῦ τοῖς συνήθεσι φαρμάκοις. τέταρτος ἐπὶ τούτῳ τέχνην πεποιημένος ἐχίδνας ζώσας συλλαμβάνειν ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν τοῦ πάθους ἐκείνου, προὔκειτο δ' ἡμῖν ὅπως ἰαθῇ τάχιστα. φλέβα τε οὖν αὐτοῦ τεμόντες καὶ καθήραντες φαρμάκῳ μέλαιναν κενοῦντι, χρήσασθαι ταῖς ἀγρευομέναις ἐχίδναις συνεβουλεύσαμεν, ἐν λοπάδι σκευάζοντι, καθάπερ τὰς ἐγχέλεις. οὗτος μὲν οὖν οὕτως ἐθεραπεύθη, διαπνεύσαντος αὐτῷ τοῦ πάθους. ἄλλος δέ τις ἀνὴρ πλούσιος οὐχ ἡμεδαπὸς οὗτός γε, ἀλλ' ἐκ μέσης Θρᾴκης ἧκεν, ὀνείρατος προτρέψαντος αὐτὸν εἰς τὸ Πέργαμον, εἶτα τοῦ θεοῦ προστάξαντος ὄναρ αὐτῷ πίνειν τε τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκου καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ χρίειν ἔξωθεν τὸ σῶμα, μετέπεσεν τὸ πάθος οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας εἰς λέπραν, ἐθεραπεύθη τε πάλιν οἷς ὁ θεὸς ἐκέλευεν φαρμάκοις καὶ τοῦτο τὸ νόσημα. ἡ μὲν δὴ τῶν ἐχιδνῶν σὰρξ εἰς τοσοῦτον ἥκει τῆς ξηραντικῆς δυνάμεως·

perientiam essent cognita ipse imitaretur, atque epoto vino quod sic erat veneno infectum leprosus factus est, ac postea lepram ejus nos consuetis remediis sanavimus; quartus praeterea vivas capere viperas arte instituit. Sed illius morbi tantum erant in illo principia. Itaque cura studiumque nobis fuit ut illum quam celerrime sanitati redderemus. Quocirca misso sanguine atraque bile medicamento detracta viperis quas capiebat uti jussimus praeparatis in olla anguillarum in modum. Atque hic ita sanatus est, evaporato per cutem affectu. Postremo et alius vir quidam opulentus, non nostras ille quidem, sed ex media Thracia, Pergamum advenit admonitus somnio. Ubi jubente deo per insomnium ut quotidie medicamentum biberet, quod confectum est ex viperis, forisque corpus inungeret, non multos post dies morbus in lepram abiit, rursumque et haec affectio quibus deus praecipiebat medicamentis curata est. Sane viperarum caro adeo ingentem obtinet desiccandi facultatem, ut qui-

ἐπεὶ δ᾽ ἔνιοι τῶν φαγόντων αὐτὴν ἑάλωσαν δίψει σφοδροτάτῳ καὶ διὰ τοῦτο προσαγορεύουσι τὰς ἐχίδνας διψάδας. εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ τοὺς δηχθέντας ὑπ᾽ αὐτῶν φασιν οὐκ ἐμπίπλασθαι πίνοντας, ἀλλὰ διαῤῥήγνυσθαι πρότερον ἢ παύσασθαι διψῶντας. διὰ τοῦτο τῶν ἐν Ῥώμῃ τὰς ἐχίδνας θηρευόντων, οὓς ὀνομάζουσι Μαρσοὺς, ἐπυθόμην εἴ τι σημεῖον ἔχοιέν με διδάξαι διακριτικὸν ἑκατέρου τοῦ γένους τῶν ἐχιδνῶν· οἱ δ᾽ οὐδὲν ὅλως ἔφασαν εἶναι γένος ἐχιδνῶν διψάδων, ἀλλὰ τὰς παρὰ θαλάττῃ καὶ τόποις ἁλμυρίδα πολλὴν ἔχουσι διαιτωμένας ἁλμυρὰν ἴσχειν τὴν σάρκα, διὸ καὶ κατὰ Λιβύην πολλὰς γίγνεσθαι τοιαύτας, ἐν Ἰταλίᾳ δ᾽ οὐκ εἶναι διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς χώρας. ταῦτα μὲν οὖν ἤκουσα τῶν Μαρσῶν λεγόντων, οὐ μὴν ἔχω βεβαίως εἰπεῖν εἴτ᾽ ἀληθεύουσι τὸ σύμπαν εἴτε καὶ ψεύδονται κατά τι. τὸ μὲν γὰρ ἐν οἷς εἰρήκασι χωρίοις γίνεσθαί τινας ἐχίδνας (142) ἁλυκὴν ἐχούσας τὴν σάρκα πιθανώτατον εἶναί μοι δοκεῖ. συμμεταβαλλούσας γὰρ οἶδα ταῖς τροφαῖς τὰς τῶν ζώων σάρκας, οὐ μὴν ὡς οὐδέν ἐστι γένος ἐχιδνῶν διψάδων ἀποφήνα-

dam qui eam edere vehementiffima cruciati fint fiti, ac proinde illas dipfadas cognominant. Sunt autem qui dicant demorfos a viperis fatiari non poffe potando, fed disrumpi citius quam fiti liberari. Quocirca eos qui Romae viperas venantur, quos Marfos nuncupant, percontatus fum ecquid haberent figni, quo genus utrumque viperarum difcernerent. At illi prorfum negabant ullum effe genus viperarum dipfadum, verum eas quae juxta mare atque in locis degunt falfedinem multam habentibus, carnem obtinere falfam, ac proinde in Libya talium ingentem effe proventum, in Italia vero propter regionis humiditatem non inveniri. Atque haec quidem narrantes audivi Marfos, non tamen certo dicere queam an in totum verum dixerint, an partim etiam falfum. Nam quasdam effe viperas in iis quas memorabant regionibus, quibus falfa fit caro, vel maxime mihi videtur effe probabile; fcio enim cum cibis animalium mutari carnes, non tamen nullum effe genus viperarum dipfadum pronunciare valeam.

σθαι δύναμαι. τὸ δ᾽ οὖν ἀσφαλέστατόν ἐστι φυλάττεσθαι τὰς ἐν τοῖς τοιούτοις χωρίοις ἐχίδνας θηρεύειν εἰς ἐδωδὴν ἢ φαρμάκου κατασκευὴν, ὁποῖόν ἐστι καὶ τουτὶ τὸ ἔνδοξον, ὃ καλοῦσιν ἅπαντες σχεδὸν ἰατροὶ θηριακήν. ἐπεὶ δ᾽ ἔθος ἡμῖν ἐστιν, ὅταν τοὺς καλουμένους ἀρτίσκους θηριακοὺς σκευάζωμεν, ἀφαιρεῖν οὐ μόνον τὴν κεφαλὴν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν οὐρὰν, ἐνενόησα πολλάκις εὐλόγως ἴσως μὲν τὴν κεφαλὴν ὅλην, διὰ τὸν ἐν τῷ στόματι περιεχόμενον ἰὸν, ἀλόγως δὲ τὴν οὐρὰν ἀφαιρεῖσθαι. οὐδὲ γὰρ τοῦτ᾽ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι διὰ τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς τά θ᾽ ὑγρὰ καὶ τὰ ξηρὰ πρακτέον οὕτως ἐστίν. ἀποκτείναντες γὰρ αὐτὰς, εἶτ᾽ ἐκδείραντές τε καὶ ἀναπτύξαντες, ἐξαιροῦμέν τε καὶ ἀποῤῥίπτομεν ἅπαντα τὰ ἔνδον, ὡς μόνην καταλείπεσθαι τὴν τῶν σαρκῶν οὐσίαν ἅμα ταῖς διαπεφυκυίαις αὐτῶν ἀρτηρίαις τε καὶ φλεψὶν, ἐλάχιστον ἐχούσαις ὄγκον ὡς πρὸς τὴν ὅλην σάρκα, καὶ μηδὲ φαινόμενον, ἐὰν μὴ πάνυ τις ἐπιμελῶς κατασκέψηται. τοὺς μὲν οὖν ἀρτίσκους, οὓς δὴ καὶ θηριακοὺς ὀνομάζουσι, σκευάζομεν οὕτως. κεκαθαρμένας αὐτὰς λαβόντες, εἶθ᾽ ἕψοντες ἐν ὕδατι, μέχρις ἂν ἀκριβῶς ἡμῖν εἶναι δό-

Caeterum tutiſſimum eſt cavere ne in ejusmodi regionibus viperas venemur, ſeu ad eſum, ſeu ad medicamenti praeparationem, quale eſt et hoc praeclarum quod medici prope omnes theriacam appellitant. Porro quoniam ex more, quum paſtillos theriacos quos vocant praeparamus, non tantum caput, ſed et caudam eorum abjicimus, ſubiit mihi frequenter rationabile fortaſſis eſſe caput quidem totum abjici ob venenum quod ore continent, verum a ratione alienum eſſe adimere et caudam. Nec enim dicere liceat quod id faciendum ſit ob recrementa nutrimenti tum liquida tum ſicca. Nam interfectis atque excoriatis apertisque exempta interanea omnia abjicimus, ut ſola ſit carnium ſubſtantia, reliqua una cum arteriis venisque per ipſas innatis, quarum minima moles eſt ut ad totam carnem, ac ne apparens quidem, niſi quis multum diligenter intentis oculis conſideret. Atque paſtillos, quos et theriacos vocant, hunc in modum praeparamus. Purgatas illas in aqua elixamus quoad exacte nobis

ξωσὶν ἑφθαί. [298] συνεμβάλλομεν δ' εὐθέως ἐξ ἀρχῆς ἀνήθου τῷ ὕδατι καὶ μετὰ τὴν ἕψησιν ἀπὸ τῶν σαρκῶν διακρίνομεν τὰς ἀκάνθας, εἶτα μίγνυμεν ἄρτῳ λελειωμένῳ τὴν σάρκα. τὸν δ' ἄρτον τοῦτον οὐ τὸν ἐπιτυχόντα λαμβάνομεν, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα καθαρώτατόν τε καὶ καλῶς ὠπτημένον ἐν κλιβάνῳ, συμμέτρων ἁλῶν ἔχοντα καὶ ζύμης. προαναξηραίνομεν δὲ αὐτὸν ἐν οἴκῳ ξηρῷ καὶ ἀνίκμῳ, μέχρις ἂν οὕτω γένηται ξηρὸς ὡς ἐν ὅλμῳ κοπῆναι δύνασθαι. οὐ μὴν κόπτοντές γε μίγνυμεν, ἀλλὰ διαβρέχοντες τῷ ὕδατι, καθὸ τὰς ἐχίδνας ἑψήσαμεν. αὐτὴν δὲ τὴν σάρκα πρὶν μιγνύναι τῷ ἄρτῳ, τρίβομεν ἐν θυίᾳ τῶν μαγείρων, ἄχρις ἂν ἀκριβῶς γένηται λεία. καὶ μετὰ ταῦτα μικροὺς ἀρτίσκους λεπτοὺς πλάσαντες, εἶτα ξηράναντες ἐν οἴκῳ θερμῷ καὶ ξηρῷ φυλάττομεν ἀποτιθέμενοι πάλιν ἐν οἴκῳ τοιούτῳ. τούτους μὲν οὖν εἰσβάλλοντος τοῦ θέρους σκευάζομεν, ἡνίκα μάλιστα βελτίστη τῶν ἐχιδνῶν ἐστιν ἡ σάρξ. χρώμεθα δ' ὕστερον κόπτοντές τε καὶ διάττοντες, εἶτ' αὖθις λειοῦντες ἀναμιγνύντες τε τοῖς ἐσκευασμένοις εἰς ἡδονὴν ἁλσὶν, ἐμβάλ-

videantur coctae. Indimus autem ab initio ſtatim aquae anethum et poſt coctionem ſpinas a carne ſeparamus, mox pani ad laevorem trito carnem commiſcemus. Verum non quemlibet panem citra delectum accipimus, ſed quam fieri poſſit puriſſimum ſimul et probe in clibano coctum et ſalis ſimulque fermenti quod ſatis ſit habentem. Eum autem antea deſiccamus in aedibus ſiccis minimeque humectis, donec adeo ſiccus efficiatur ut in mortario contundi poſſit. Non tamen tundentes miſcemus, verum aqua in qua decoctae fuerant viperae maceramus, et carnem ipſam priusquam commiſceatur pani, in mortario coquorum eatenus conterimus, donec exacte reddatur laevis. Poſtea parvos paſtillos fingentes atque in aedibus calidis ſiccisque deſiccantes, deinde quoque in talibus repoſitos ſervamus. Hos ergo ineunte aeſtate conficimus, quo potiſſimum tempore optima eſt viperarum caro. Porro utimur eis poſtea contuſis denuo et cribratis et rurſus ad laevorem redactis, ſalis nonnihil adjicientes ad

λομεν δ᾽ αὐτῶν καὶ τῇ θηριακῇ. γίγνονται δὲ καὶ οἱ διὰ τῶν ὀπτηθεισῶν ἐχιδνῶν ἅλες ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν εἰς χύτραν καινὴν ἐμβαλλόντων ἡμῶν τὰς ἐχίδνας ζώσας, ἅμα τοῖς ὑπεστορεσμένοις τε καὶ περικειμένοις αὐταῖς φαρμάκοις, ἃ λέγειν ἅπαντα νῦν οὐκ ἔστι τῆς ἐνεστώσης πραγματείας. ἴσως γάρ τις ἡμῖν εὐλόγως ἐγκαλέσει καὶ περὶ τῶν ἀρτίσκων τῆς κατασκευῆς ὡς οὐκ ἐν καιρῷ διελθοῦσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπειδὴ φθάνει λελέχθαι, φυλαττέσθω, κᾂν δοκῇ μὴ πάνυ τι τῆς προκειμένης εἶναι πραγματείας ἴδια. τὰ δ᾽ ἑξῆς κατὰ τὸ προσῆκον μέτρον λεγέσθω. προσῆκον δ᾽ ἐστὶ περὶ τῆς καθόλου δυνάμεως ἀναμνῆσαι τὴν σάρκα τῶν ἐχιδνῶν, εἰπόντα εἶναι ξηραντικήν τε καὶ διαφορητικὴν ἰσχυρῶς, ἅμα τῷ θερμαίνειν μετρίως. ἐπείγεται δ᾽, ὡς ἔοικεν, ἡ δύναμις αὐτῆς ἐπὶ τὸ δέρμα, διὰ τούτου κινοῦσα τὰ κατὰ τὸ σῶμα περιττώματα. φθειρῶν τε οὖν πλῆθος οὐκ ὀλίγον γεννᾶται τοῖς ἔχουσι κακοχυμίαν ἐν τοῖς σώμασι δαψιλῆ καὶ τοῦ δέρματος ἀφίσταταί τε καὶ ἀποπίπτει καθάπερ τι λέπος ἡ ἐπιδερμὶς ὀνομαζομένη, καθ᾽ ἣν ἴσχονται μᾶλλον τῶν

ſuavitatem praeparati, cujus etiam aliquid ipſi theriacae injicimus. Caeterum eodem quoque tempore ex viperis aſſatis alem conficimus, vivis illis in ollam novam injectis, una cum iis medicamentis quae illis et ſubſterni et apponi aſſolent, quae omnia commemorare non eſt praeſentis negocii. Nam invenientur fortaſſis etiam qui me non injuria reprehendent ob monſtratam hoc in loco paſtillorum praeparationem tanquam alieno tempore expoſitam. Verum haec poſteaquam dicta nunc ſunt, ſerventur tamen ac maneant, etiamſi non admodum videantur huic inſtituto propria. At quae ſequuntur convenienti dicantur modo, conveniens autem eſt generalis facultatis meminiſſe carnem viperinam dicendo exiccatoriam et valenter digerentem, mediocriter vero calefacientem. Properat autem ut videtur vis ejus ad cutem, per eam videlicet quae in corpore ſunt recrementa exigens. Quibus ergo affatim eſt malus ſuccus in corpore, iis ingens provenit pediculorum numerus: et a cute ſeu ſquama abſcedit ac decidit extima cutis, ad quam ſiſtuntur ac retinentur craſſi terreni-

εἰς τὸ δέρμα φερομένων χυμῶν οἱ παχεῖς καὶ γεώδεις, ὑφ' ὧν αἵ τε ψῶραι καὶ αἱ λέπραι καὶ οἱ ἐλέφαντες γίνονται. ταῦτα μὲν οὖν εἶχόν σοι λέγειν περὶ τῶν τῆς ἐχίδνης σαρκῶν, ἐφεξῆς δὲ πάλιν ἀναλήψομαι τὸν λόγον. αἱ μὲν τῶν θερμοτέρων φύσει ζώων σάρκες οὐ μόνον τρέφουσιν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ θερμαίνουσιν, αἱ δὲ τῶν ψυχροτέρων ψύχουσιν. οὕτως δὲ καὶ αἱ μὲν τῶν ξηροτέρων ξηραίνουσιν, αἱ δὲ τῶν ὑγροτέρων ὑγραίνουσιν. μεμνημένος οὖν ὧν ἔμαθες ἐν τοῖς περὶ κράσεων, ὅταν γνωρίσῃς τι τῶν ζώων εἶναι τῇ κράσει ξηρότερον, ὥσπερ εἰ τύχοι τὸν ἄγριον ὗν τοῦ ἡμέρου, γίνωσκε τούτου καὶ τὴν σάρκα ξηραντικωτέραν εἶναι καὶ κατὰ τὰς ἄλλας διαφορὰς τῶν κράσεων ὡσαύτως, οἷον ὅτι συὸς μὲν πρόβατον ξηρότερον, τούτου δ' αἴξ, τούτου δὲ βοῦς, καὶ τούτου λέων. οὕτω δὲ καὶ κατὰ θερμότητα λέων μὲν κυνὸς θερμότερος, κύων δὲ ταύρου, ταῦρος δὲ τοῦ τοὺς ὄρχεις ἐκτετμημένου βοός. ἀνάλογον οὖν τῇ κατὰ τὴν κρᾶσιν ὑπεροχῇ τῶν ἄλλων ζώων καὶ αἱ σάρκες αὐτῶν διοίσουσιν. καὶ διὰ τοῦτο ξηραίνειν μὲν ἐθέλων τὸ σῶμα τῶν ξηροτέρων τῇ κράσει ζώων δώσεις τὴν σάρκα, θερμαίνειν δὲ βου-

que humores ad cutem protrusi, a quibus quidem psorae, leprae et elephantes nascuntur. Et haec quidem habui quae de viperarum carne dicenda putarem. Rursum ergo sermonem repetam. Calidiorum natura animalium carnes non solum nos alunt, sed etiam calefaciunt, frigidiorum autem refrigerant: sic etiam ficciorum carnes desiccant, humidiorum humectant. Memoria itaque repete, quemadmodum didicisti in libris de temperamentis, quod ubi conjeceris animal quodvis temperie esse siccius, velut exempli gratia suem sylvestrem domestico, hujus et carnem cognoscas esse magis exiccatoriam et secundum alias temperamentorum differentias similiter, puta sue ficciorem ovem, et hac capram, qua bovem, quo denique leonem, sic in caliditate leo calidior est cane, canis tauro, taurus bove execto. Itaque proportione qua caetera animalia in temperie excedunt, et carnes quoque eorum differunt atque exuperant. Proinde ubi consilium fuerit corpus exiccare, ficciorum temperie animalium car-

Ed. Chart. XIII. [298. 299.] Ed. Baf. II. (142.)

λόμενος τῶν θερμοτέρων, καὶ ψυχρότερον μὲν ἐπιχειρῶν ἐργάζεσθαι τῶν ψυχροτέρων, ὑγρότερον δὲ τῶν ὑγροτέρων. οὐ σμικρὰ δὲ διαφορὰ τῶν σαρκῶν ἐστι κᾂν τῷ ταριχεῦσθαί τινας αὐτῶν. ὅλῳ γὰρ παντὶ διαλλάττουσιν, ὡς πολλάκις ὑγροτάτου τῇ κράσει ζώου ταριχευθεῖσαν σάρκα ξηραντικωτέραν εἶναι μακρῷ τῆς φύσεως ξηρᾶς. [299] ἀταριχεύτου καὶ ἡ ὀπτηθεῖσα δὲ ξηροτέρα τῆς ἑψηθείσης ἐστὶν ἐν ὕδατι. ἔγραψαν δὲ καὶ ἄλλων ζώων ἔνιοι σάρκας ὠφελεῖν ἐσθιομένας τε καὶ κατὰ πεπονθότων μερῶν ἐπιτιθεμένας, οἷον τὴν τοῦ χερσαίου ἐχίνου σκελετευθεῖσαν, εἰ ποθείη ἐλεφαντιῶσιν καὶ καχέκταις καὶ σπασμώδεσιν καὶ νεφριτικοῖς, ἔτι τε τοῖς τὸν ἀνασάρκα προσαγορευόμενον ὕδερον ἔχουσιν. εἰ δὲ ταῦτα ποιεῖν πέφυκεν, εἴη ἂν ἡ δύναμις αὐτῆς ἰσχυρῶς διαφορητική τε καὶ ξηραντικὴ, ὥσπερ καὶ ἡ τῆς σκελετευθείσης γαλῆς, ἥπερ οὖν ὀνίνησι τοὺς ἐπιληπτικοὺς πινομένη. τῶν δὲ ταριχευθέντων αἰλούρων τὴν σάρκα λειωθεῖσαν ἐπιτιθεμένην ἐξάγειν σκόλοπάς φασιν, ὡς ἑλκτικὴν ἔχου-

nem exhibeto, calefacere autem volens, calidiorum, et frigidiorum fi coneris refrigerare, denique fi humidius reddere, humidiorum. Nec parva exiftit carnium differentia quum quasdam fale condimus. Nam prorfum diverfae atque aliae evadunt, adeo ut faepenumero animalis temperie humidiffimi caro falita longe evaferit exiccantior quam ea quae natura fuerat ficca. Porro inter eas quae falitae non funt ficcior eft quae affa eft quam quae in aqua elixa. Scripferunt autem et aliorum animalium carnes quidam prodeffe tum comefas tum in partes affectas impofitas, ut erinaci terreftris deficcatam, fi bibenda praebeatur elephanto obnoxiis, ejus qui mali funt habitus tum convulfionem faepenumero patientibus nephriticisque et iis qui laborant aqua inter cutem, quam anafarca vocant. Ac fi ea efficere poteft, facultatem habuerit valenter fimul digerentem deficcantemque. Sicut et caro muftelae arefacta, quae utique comitiali morbo afflictos juvat epota. Sed et falitorum haelurorum carnem ad laevorem contritam palos et fpicula educere ajunt impofitam, videlicet tanquam trahendi vim habeat.

σαν δύναμιν δηλονότι, τῶν δὲ μυάκων ἁρμόττειν ἕλκεσιν ὑπὸ κυνὸς δάκνοντος γεγονόσιν. ἐγὼ δ᾽ οὐδεμίαν ἐξαίρετον εὑρίσκω δύναμιν, ἧς δεῖται τὰ τοιαῦτα τῶν ἑλκῶν, ὥσπερ τὰ ὑπὸ τοῦ λυττῶντος κυνὸς δακόντος γενόμενα. καὶ ἡ τῶν κοχλιῶν δὲ σὰρξ κοπεῖσα πρότερον ἐν ὅλμῳ καὶ μετὰ ταῦτα λειωθεῖσα ξηραντικωτάτη γίνεται πάντων τῶν ὑγρότητα περιττὴν ἐχόντων μορίων, ὥστε καὶ τοῖς ὑδερικοῖς ἁρμόττειν. ἡ δὲ ἐξ αὐτῶν ὑγρότης, μόνη καθ᾽ ἑαυτὴν ἄνευ τῆς σαρκὸς λαμβανομένη, καλεῖται ὑπὸ τῶν πολλῶν μύξα κοχλίου, μιγνυμένη δὲ λιβανωτῷ ἢ ἀλόῃ ἢ σμύρνῃ ἤ τισι τούτων ἢ πᾶσιν ἄχρι τοῦ κηρωτῆς πάχος ἔχειν, ἐχέκολλόν τε γίνεται φάρμακον καὶ ξηραίνει καλῶς τοὺς ὑποπύους μύξους τῶν ὤτων. ἔστι δὲ καὶ ἀνακόλλημα ξηραντικὸν τῶν εἰς ὀφθαλμοὺς ῥευμάτων, ἐπιτιθεμένη κατὰ τὸ μέτωπον. ἔνιοι δὲ καὶ πρὸς σκόλοπας χρῶνται, λειοῦντες ὅλους μετὰ τῶν ὀστράκων, εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ πρὸς καταμηνίων ἐπίσχεσιν. αὐτὰς δὲ τὰς σάρκας μόνας κἀγώ ποτε κατ᾽ ἀγρὸν ἐπὶ τραύματος ἅμα νεύρου τρώσει τε καὶ θλάσει γεγονότος ἐπέ-

Porro mytulorum carnem ulceribus a mordente cane inflictis competere, ego vero nullam inlignem invenio facultatem quam requirant id genus ulcera, tanquam ea quae a rabido cane mordente funt illata. At cochlearum caro prius in mortario contufa ac poftea ad laevorem redacta omnium valentiffime deficcat partes fuperfluo humore gravatas, adeo ut et hydericis conveniat. Ipfe autem humor folus per fe citra carnem, vocatur autem is a vulgo mucus limacis, thuri mixtus aut aloae aut myrrhae aut horum quibusdam aut omnibus, quoad accipiat cerati craffitiem, medicamentum fit tenax deficcatque purulentos mucores aurium. Sed et fronti impofitum agglutinamentum oculorum fluxiones reficcant. Quidam etiam ad palos eximendos utuntur totis una cum teftis ad laevorem tritis, fed et quidam ad fiftendos menfes. Equidem ego aliquando in agro carnes ipfas folas in vulnus cum nervi vulneratione et contufione factum tritas impofui ipfum-

θηκα λειώσας, καὶ τό τε τραῦμα καλῶς ἐκολλήθη καὶ τὸ νεῦρον οὐκ ἐφλέγμηνε. ἦν δὲ σκληρὸς καὶ ἀγροῖκος ἄνθρωπος, ἔμιξά γε μὴν λειουμέναις αὐταῖς ἄχνην ἀλεύ(143)ρου, λαβὼν ἀπὸ τοῦ πλησιάζοντος τῇ μύλῃ τοίχου. γεγράφασι δέ τινες τῶν πρὸ ἡμῶν ἰατρῶν σμύρναν ἢ λιβανωτὸν μιγνύειν αὐτοῖς δεῖν ἐπὶ τῆς τοιαύτης χρήσεως, ἀλλ' οὐδετέραν εἶχον τούτων ἔξωθεν τῆς πόλεως ἐπὶ τῆς ἀγροικίας. δύναιτο δ' ἄν τις καὶ ῥητίνης φρικτῆς λείας μιγνύειν εἰ παρείη. ὁπόταν μέντοι πολὺ τῆς μύξης τῶν κοχλιῶν ἐθέλεις λαβεῖν μόνης, κατακέντησον αὐτῶν τὴν σάρκα γραφείῳ. χρὴ δὲ μὴ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν αὐτοὺς θηρεῦσαι, καταξηραίνονται γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ. πρόσφατοι δ' ὄντες πολὺ τῆς γλίσχρας ὑγρότητος ἔχουσιν, ἣν κατακεντούμενοι τῷ γραφείῳ προϊᾶσιν. ἡ δ' ὑγρότης αὕτη καὶ τῶν ἐν τοῖς βλεφάροις τριχῶν παρὰ φύσιν ἀνακόλλημα γίνεται.

[β'. *Περὶ πιμελῆς καὶ στέατος.*] *Πιμελὴ καὶ στέαρ.* κοινότατα καὶ ταῦτα τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων ἐστί. τὰ γὰρ εὐτροφοῦντα πάντα πιμελὴν ἢ στέαρ ἴσχει, τὰ δὲ

que vulnus pulchre glutinatum eft, et nervus phlegmonem haud perpeffus, erat autem homo durus et agreftis, mifcui illis contritis pollinem farinae acceptum a pariete molae proximo. Scripfere autem majores me nonnulli medici ad ejusmodi ufum mifcendum thus aut myrrham vel utraque. Verum horum habebam tum neutrum, ut qui tunc ab urbe abeffem in agro. Poffis autem et refinae frictae contritae admifcere, fi adfit, quippiam. Porro ubi multum muci cochlearum accipere voles, feorfum ftilo carnem earum pungito. Sed non ante multos dies venatas effe expedit, alioqui enim tempore deficcantur; nam recentes plurimum habent vifcofae illius humiditatis, quam ftilo compunctae effundunt. Humiditas haec pilorum in palpebris praeter naturam gluten eft.

[2. *De adipe et fevo.*] Adeps et fevus et haec quoque communiffimae funt inter animalium partes. Nam quaecunque bene nutriuntur, ea omnia aut adipem aut

ἰσχνὰ καὶ ἄτροφα πολλάκις μὲν οὐδ' ὅλως ἔχειν φαίνεται, πολλάκις δ' οὕτως ὀλίγην τε καὶ ξηρὰν, ὡς δύσχρηστον εἶναι. διαφέρει δὲ πιμελῆς στέαρ τῷ πάχει, διὸ καὶ τοῖς γεωδεστέραν ἔχουσιν τὴν ὅλην φύσιν ζώοις τὸ στέαρ γίνεται καθάπερ τοῖς ὑγροτέραν ἡ πιμελή. διὰ τοῦτο τοιγαροῦν ἡ μὲν πιμελὴ τήκεται ῥᾳδίως ὑπὸ τοῦ πυρὸς, οὐ ῥᾳδίως δὲ πήγνυται τακεῖσα. τὸ δὲ στέαρ οὔτε τήκεται ῥᾳδίως, κἂν τακῇ, πήγνυται τάχιστα καὶ φαίνεται πολὺ σκληρότερον τῆς πιμελῆς. ὗς μὲν οὖν εὐτροφῶν πιμελὴν πλείστην ἔχει διὰ τὴν φυσικὴν τῆς κράσεως ὑγρότητα, [300] βόες δὲ καὶ αἶγες ὅσα τε ἄλλα κερασφόρα διὰ τὴν ξηρότητα τὸ στέαρ πλεῖστον γεννᾷ. σὺ δ' εἰ βούλει τὴν ἐλαιώδη καὶ λιπαρὰν οὐσίαν ἅπασαν ἐν τοῖς ζώοις κάλει στέαρ, ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν. ἔξεστι δέ σοι καὶ πιμελὴν ὀνομάζειν ἅπαν τοῦτο τὸ γένος. οὐ μὴν ἔξεστί γέ σοι βουλομένῳ μὴ ψεύδεσθαι τὸ στέαρ τῶν αἰγῶν ὑγρότερον εἶναι φάναι τοῦ τῶν ὑῶν. ὑγρότατον γὰρ τοῦτο σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἄλλων ἐστὶ, καὶ

fevum obtinent, quae vero macilenta funt maleque nutriuntur, faepe omnino ne habere quidem, faepe vero pauculum idque ficcum, ut aegre uti poffis, apparet. Porro differt ab adipe fevus quod craffior fit ac propterea animantibus totam naturam terrenam magis habentibus fevus provenit, velut humidioribus adeps. Proinde adeps celeriter in ignem pofita liquefcit, nec facile, ubi liquata fuerit, rurfum concrefcit ac cogitur, at fevus nec facile funditur liquefcitve et fufus celerrime coit ac conglaciatur, multoque apparet adipe durior. Sus enim bene habitus paftusque multam habet adipem, ob naturalem temperamenti humiditatem. At boves et caprae et quaecunque id genus cornigera ob ficcitatem plurimum fevum generant. At tu, fi voles, oleofam et pinguem in animalibus fubftantiam omnem adipem appellato, ut plerique medici; fed et pinguedinem appellare totum hoc genus licet, non tamen licet citra mendacium fevum caprinum humidius effe dicere quam fuum; nam hoc omnium ferme

διὰ τοῦτο κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἐγγὺς ἐλαίου τὴν δύναμιν, μαλακτικώτερόν γε μὴν ἐλαίου καὶ πεπτικώτερόν ἐστι. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς πρὸς φλεγμονὰς ἁρμόττουσιν καταπλάσμασι μίγνυται. τοῖς δὲ δακνομένοις τὰ κατὰ τὸ ἀπευθυσμένον ἢ τὸ κῶλον ἐνίεμεν αἴγειον μᾶλλον ἢ ὕειον στέαρ, οὐχ ὅτι μᾶλλον ἀμβλυτικόν ἐστι δριμύτητος, ὅσον γὰρ ἐπὶ τῇ φύσει μᾶλλον ἀμβλύνει τὸ ὕειον καὶ διὰ τοῦτο μίγνυται καὶ τοῖς ἕλκη θεραπεύουσι φαρμάκοις, οἷόν πέρ ἐστι καὶ τὸ καλούμενον πάρυγρον. ἀλλ' ὅτι τὸ μὲν αἴγειον πήγνυται ῥαδίως διὰ πάχος, ἀποῤῥεῖ δὲ τὸ ὕειον ὁμοίως τῷ ἐλαίῳ διὰ τοῦτ' ἐνίεμεν αὐτὸ μᾶλλον ἐπὶ τῶν δυσεντερικῶν τε καὶ τεινεσμωδῶν, ὅταν παρηγορῆσαι τὴν δῆξιν αὐτῶν βουληθῶμεν. καὶ διὰ λεπτομέρειαν δ' ἔνια μᾶλλον ἀμβλύνει δριμύτητας, ὅταν ἐν τῷ βάθει τῶν δακνομένων σωμάτων τὸ λυποῦν ᾖ. ἧττον μὲν γὰρ τὸ παχυμερὲς, μᾶλλον δὲ τὸ λεπτομερὲς ὅλα διεξέρχεται τὰ σώματα καὶ πᾶσι κεράννυται τοῖς δάκνουσιν ἰχῶρσιν αὐτό. κατὰ τοῦτο γοῦν καὶ τὸ χήνειον

aliorum eft humidiffimum, ac proinde actione fua vicinam oleo vim poffidens, quanquam oleo magis tum emolliat tum concoquat, ac proinde cataplasmatis quae ad phlegmonas accommodantur commifceri folet. Qui vero mordicationes perpetiuntur aut in recto inteftino aut in colo, iis potius caprinum fevum quam fuillum injicimus, non quod acrimonias plus obtundat, nam ex natura fua fuillum obtundit magis, ac proinde mifcetur medicamentis ulcera curantibus, cujusmodi eft quod vocant parygrum, fed quod caprinum ob craffitiem citius concrefcat, fuillus autem inftar olei defluat, proinde ipfum potius dyfentericis et tenesmis injicimus, quando morfum eorum mitigare confilium eft. Porro ob tenuitatem effentiae nonnulla acrimonias magis retundunt, ubi nimirum in alto mordicatorum corporum quod moleftum eft haeferit. Nam quod craffiorum eft partium minus, magis autem quod fubtilium tota corpora penetrat, et omni ipfnm faniei mordicanti permifcetur. Hac ratione adeps anferinus quae

στέαρ τὰ κατὰ βάθος τῶν σωμάτων δάκνοντα μᾶλλον ἀμβλύνει. ἔστι δὲ καὶ θερμότερον τοῦ ὑείου. μεταξύ γε μὴν αὐτῶν ἐστι τὸ τῶν ἀλεκτρυόνων, θερμότερον δ' ἀεὶ καὶ ξηρότερον τὸ τῶν ἀῤῥένων ζώων ἐστίν. αὐτῶν δὲ τούτων τὸ τῶν ἐκτεμνομένων τοὺς ὄρχεις ἧττον θερμόν τε καὶ ξηρόν. ὁμοιοῦται γὰρ ἀεὶ τὸ εὐνουχισθὲν ἄῤῥεν τοῖς ὁμογενέσι θήλεσι. κεφάλαιον δ' ἐστὶ τοῦ λόγου τόδε κοινὸν, οὗ μεμνῆσθαι χρὴ, τὸ κατὰ τὴν τῶν ζώων κρᾶσιν ἀεὶ τὰς διαφορὰς γίνεσθαι τῆς ἐν αὐτοῖς πιμελῆς ἢ στέατος ἢ ὅπως ἂν ὀνομάζειν ἐθέλῃς ὅλον τὸ γένος τοῦτο τοῦ κατὰ τὰ ζῶα σώματος ἐλαιώδους τε καὶ λιπαροῦ. ἐπεὶ τοίνυν ὗς ἀπολείπεται κατὰ θερμότητά τε καὶ ξηρότητα σχεδὸν ἁπάντων τῶν τετραπόδων ζώων, διὰ τοῦτο καὶ πιμελὴν ἧττόν τε θερμὴν ἔχει καὶ μᾶλλον ὑγράν. ἁπάσης μὲν οὖν πιμελῆς δύναμίς ἐστιν ὑγραντική τε καὶ θερμαντικὴ τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων. τούτου γὰρ μεμνῆσθαι χρὴ διὰ παντὸς, εἰρημένου κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆσδε τῆς πραγματείας· αἱ δὲ καθ' ἕκαστον αὐτῶν διαφοραὶ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττόν εἰσιν.

in alto corpore mordicant magis obtundit; sed et suillo calidior est. Horum tamen in medio est gallinaceorum adeps ac gallinarum. Porro calidior semper ac siccior est masculorum animalium, et horum ipsorum exectorum minus tum calidus tum siccus, quippe mas castratus ejusdem semper generis foeminae assimilatur. Hoc autem sermonis caput commune est, cujus meminisse oportet, pro animalium temperie semper existere differentias ejus quae in illis est pinguedinis aut adipis aut quocunque modo appellare libebit totum hoc genus corporibus in animantibus oleosi et pinguis. Igitur quum sus omnibus prope quadrupedibus animalibus in caliditate ac siccitate inferior sit, proinde pinguedinem quoque minus habet calidam magisque humidam. Omnis igitur pinguedinis facultas est humectatoria et calefactoria humanorum corporum, hujus enim meminisse perpetuo oportet in principiis hujus operis dicti, at differentiae quae sunt cujusque sigillatim in majoris minorisque ratione sunt. Nam pinguedo suis ut ad nos quidem largius

τοῦ μὲν γὰρ ὑὸς ὡς πρὸς ἡμᾶς ἡ πιμελὴ τὸ μὲν ὑγραίνειν ἔχει δαψιλῶς, τὸ θερμαίνειν δ᾽ οὐχ ὁμοίως ὥσπερ τοὔλαιον, ἀλλ᾽ ἔστι κατὰ τὴν ἐν ἡμῖν θερμότητα καὶ ἡ τοῦ λίπους τῶν ὑῶν. ἡ δὲ τῶν ταύρων πολὺ θερμοτέρα καὶ ξηροτέρα τῆς τῶν ὑῶν, μεμνημένων ἡμῶν πάλιν κἀνταῦθα τὸ μὲν ἄῤῥεν τοῦ θήλεος ἀεὶ ξηρότερον εἶναι καὶ θερμότερον, τὸ δ᾽ εὐνουχισθὲν ἄῤῥεν ὁμοιοῦσθαι τῷ θήλει, καθάπερ γε καὶ τὸ νέον ἅπαν. αὐτῶν δὲ τῶν νέων τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος ὑγρότερόν τε εἶναι καὶ ἧττον θερμόν. οὕτως οὖν καὶ τὸ μόσχειον στέαρ ἀπολείπεται τοῦ τῶν ταύρων θερμότητί τε καὶ ξηρότητι καὶ τὸ τῶν ἐρίφων τοῦ τῶν αἰγῶν, ἀπολείπεται δὲ καὶ τὸ τῶν αἰγῶν τοῦ τῶν τράγων, αὐτῶν δὴ πάλιν τὸ τῶν ταύρων τοῦ τῶν λεόντων· διαφορητικώτατον γὰρ ἐκεῖνο σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἐν τοῖς τετράποσι. καὶ γὰρ καὶ θερμότατον αὐτῶν ἐστι καὶ λεπτομερέστατον, ὥστε εἰ μίξαις αὐτὸ τοῖς πρὸς ἕλκη καὶ φλεγμονὰς ἁρμόττουσι φαρμάκοις, οὐ μόνον οὐδὲν ὀνήσεις, ἀλλὰ καὶ βλάψεις δριμύτερον τοῦ προσήκοντος ἐργασάμενος. ὄγκοις δὲ χρονίοις ἐσκληρυσμένοις

humectare poteſt, ſed non aeque calefacere, ſicuti neque oleum, verum pinguedinis ſuum talis eſt caliditas qualis ſpectatur in nobis. Porro taurorum adeps ſuillo multo calidior eſt et ſiccior, rurſum in memoria repetentibus nobis marem foemina eſſe tum calidiorem tum ſicciorem, marem autem caſtratum aſſimilari foeminae, velut quicquid juvenilis eſt aetatis. Et inter juvenilia foemina mare humidior eſt et minus calida. Sic et adeps vitulinus taurino minus tum calidus eſt tum ſiccus, et hoedorum quam caprarum, ſed et caprarum minus quam hircorum, et rurſum taurorum minus quam leonum, nam horum adeps omnium prope quadrupedum adipe potentius digerit, nam et caliditate exuperat et partium tenuitate. Itaque ſi ipſum medicamentis ad ulcera et phlegmonas convenientibus commiſceas, non modo nihil adjuveris, verum etiam laeſeris, nimirum addita majori quam conveniat acrimonia. Inveteratis tamen tumoribus atque ſcirrhi in morem induratis tum nervorum curva-

[301] καὶ νεύρων ἀγκύλαις καὶ ἁπλῶς ὅσα σκιῤῥώδη, προσφορώτατόν ἐστιν ἐφ᾽ ὧν ἀπρακτότατον φαίνεται τὸ τῶν ὑῶν. τὸ δὲ τῶν ταύρων ἴσόν πως ἑκατέρου διέστηκεν, ὅσῳ θερμότερόν τέ ἐστι καὶ ξηρότερον τοῦ τῶν ὑῶν, τοσούτῳ καὶ τοῦ τῶν λεόντων ἀπολειπόμενον. ὡς ἂν οὖν ἐν τῷ μέσῳ τεταγμένον, εἰκότως ἑκατέρῳ τῷ γένει μίγνυται τῶν φαρμάκων, τοῖς τε τὰ σκιῤῥώδη θεραπεύουσι καὶ τοῖς τὰ φλεγμαίνοντα πέπτουσιν, ὁποῖόν ἐστιν τὸ τετραφάρμακον ὀνομαζόμενον ἐκ κηροῦ καὶ ῥητίνης καὶ πίττης καὶ στέατος συγκείμενου. εἰς γάρ τοι τοῦτο, κἂν ταύρειον βάλῃς κἂν μόσχειον κἂν τράγειον κἂν αἴγειον κἂν ὕειον, ἐκπυπτικόν τε καὶ πεπτικὸν ἐργάσῃ φάρμακον. ἀλλὰ τὸ μὲν ὕειον ἐμβληθὲν ἐπὶ παίδων ἁρμόζει καὶ γυναικῶν καὶ συνελόντι φάναι τῶν ἁπαλοσάρκων, τὸ δὲ τοῦ ταύρου σκαπανεῦσι καὶ θερισταῖς καὶ πᾶσι τοῖς σκληρὰς ἔχουσι σάρκας ἢ διὰ τὴν φυσικὴν κρᾶσιν ἢ διὰ τὴν ἰδέαν τοῦ βίου χρήσιμον ὑπάρχει. χρονίζον δ᾽ ἅπαν στέαρ ἑαυτοῦ γίνεται θερμότερόν τε καὶ λεπτομερέστερον, ὥστε καὶ διαφορητικώτερον. ὑπάρχει δὲ

turis, et in fumma qnaecunque fcirrhofa funt, iis aptiffimus eft in quibus fane minime apparet efficax fuillus. Taurinus autem ab utroque ex aequo diftat, ut quanto calidior ficciorque fuillo eft, tanto fuperetur a leonino. Itaque tanquam in medio confiftens merito utrique medicamentorum mifcetur generi, et ei fcilicet quod fcirrhofis medetur et ei quod phlegmonas concoquit, cujusmodi eft tetrapharmacum quod vocant, ex cera, refina, pice et adipe conftans. Nam five in hoc taurinum five vitulinum five hircinum five caprinum five fuillum indideris, femper puri movendo aptum et concoctorium medicamentum effeceris. Sed fuillus fi addatur, in pueris et foeminis et ut breviter dicam omnibus quibus caro eft mollior competit. Sin taurinum adjeceris, fofforibus et mefforibus et omnibus carnem duram habentibus five ob naturalem temperiem five ex ratione ac forma vitae conveniens effeceris. Caeterum adeps omnis, dum inveterafcit, fe ipfa et calidior et tenuiorum partium efficitur, ac proinde quoque valentius digerens. Verum id omnibus in-

nomine utile commodumque dixerit. Nam viſcoſorum quaedam ſunt quae adverſantur, velut viſcum nimirum acre et calidum ad ea, quae calefieri non debent, dictumque frequenter ſuperius eſt ea quae validam vim nullam obtineant medicamenta, ceu materiam iis quae tales vires obtinent miſceri, proinde quoque creberrimi ſunt uſus, utpote iis quae valenter agunt inſervientia. Ejusmodi quum ſit ovum, ſimulque non parvam adipiſcatur in elixationis aſſationisque quantitate differentiam, fit ſane multo utiliſſimum Nam medicamentis, quae humiditates deſiccant aut elixum aut aſſum aut frictum miſcetur, iis vero quae incidunt ea quae in thorace pulmoneque ſunt ſorbile quod vocant, id quod in aqua eousque elixari debet dum incaluerit. Ejusdem hujus naturae nomine et ad eos, quibus gutturis ſupremum aut ex vociferatione aut ex humorum acrimonia, exaſperatum eſt, aſſumitur, tum ſcilicet quod affectis partibus illinitur, atque cataplaſmatis modo inhaeret, tum quod ſubſtantia ſua mordacitatis experte eas mitigat ſanatque.

κατὰ τὸν στόμαχον καὶ γαστέρα καὶ ἔντερα καὶ κύστιν ἰᾶται τραχύτητας.

[λβ΄. Περὶ ἐχίνων κεκαυμένων.] Ἐχίνων ἀμφοτέρων, τοῦ τε θαλαττίου καὶ τοῦ χερσαίου, τὸ σῶμα πᾶν καιόμενον ἐργάζεται τέφραν, ῥυπτικῆς τε καὶ διαφορητικῆς καὶ καθαιρετικῆς δυνάμεως. ἔνιοι γοῦν αὐτῷ πρός τε τὰ ὑπερσαρκήσαντα καὶ τὰ ῥυπαρὰ τῶν ἑλκῶν ἐχρήσαντο.

[λγ΄. Περὶ κοχλιῶν.] Κοχλίαι δὲ ὅλοι, μετὰ τῶν ὀστράκων καιόμενοι μιγνυμένης αὐτοῖς κηκίδος ὀμφακίτιδος καὶ πεπέρεως λευκοῦ, μεγάλα ὠφελοῦσι δυσεντερίας, ἐφ᾽ ὧν οὐδέπω σηπεδονώδη τὰ ἕλκη. προσήκει δ᾽ εἶναι τοῦ μὲν πεπέρεως ἓν μέρος, τῆς δὲ κηκίδος δύο, τέσσαρα δὲ τῆς τέφρας τῶν κοχλιῶν. ἀκριβῶς λεῖα ποιήσας ταῦτα, τοῖς τ᾽ ὄψοις ἐπίπαττε καὶ δίδου πίνειν δι᾽ ὕδατος ἢ οἴνου λευκοῦ τε καὶ αὐστηροῦ. χωρὶς δὲ τοῦ μιχθῆναι κηκίδι, κοχλιῶν ἡ τέφρα ξηραντικῆς ἱκανῶς ἐστι δυνάμεως, ἐχούσης τι διὰ τὴν καῦσιν καὶ θερμοῦ. ἄκαυστοι δ᾽ οἱ κοχλίαι λειωθέντες ἅμα τοῖς ὀστράκοις ἐπιτίθενται κατά τε τῆς γαστρὸς ὅλης ἐπὶ τῶν

Eadem ratione ftomachi, ventris, inteftinorum ac veficae medetur afperitatibus.

[32. *De erinaceis combuftis.*] Erinacei utriusque, tum marini tum terreftris, corpus totum uftum cinerem efficit facultatis tum extergentis tum digerentis tum detrahentis. Itaque eo quidam et ad excrefcentia et ad fordida ufi funt ulcera.

[33. *De limacibus.*] Cochleae fi totae cum teftis urantur admixta galla omphacitide fimulque pipere albo, mirifice profunt dyfenteriis, in quibus ulcera nondum computrefcere coeperunt. Convenit autem ut piperis fit pars una, gallae vero duae, quatuor cineris cochlearum. Hoc ubi ad unguem laevigaris, cibis infpergito, bibendumque aut ex aqua aut ex vino albo et auftero praebeto. Caeterum absque gallae mixtione cinis cochlearum admodum reficcantis eft facultatis, obtinens item nonnihil ex uftione calidum. Porro cochleae quae uftionem non funt expertae, fi tritae una cum teftis imponantur et toti ventri aqua inter cutem

ὑδερικῶν, κατά τε τῶν ἐν τοῖς ἄρθροις ὄγκων ἐπὶ τῶν ἀρθριτικῶν. καὶ γίνεται μὲν ἡ πρόθεσις αὐτῶν δυσαφαίρετος, ἱκανῶς δὲ ξηραίνει. καὶ μέντοι καὶ προσκεῖσθαι διὰ παντὸς ἐᾷν αὐτοὺς προσῆκεν, ἄχρις ἂν ἀποπέσωσιν αὐτόματα. τοῦτο δὲ ποιητέον κἀπὶ τῶν δυσλύτων ἐκ πληγῆς ὄγκων καὶ περὶ θλάσεως γενομένης ἐν ὠσί. ξηραίνουσι γὰρ ἱκανῶς ἅπαντας αὐτοὺς, κᾂν γλίσχρον καὶ παχὺ κατὰ βάθους ὑγρὸν περιέχηται.

[λδ΄. *Περὶ καρκίνων κεκαυμένων.*] Ἥ γε μὴν τῶν ποταμίων καρκίνων τέφρα ξηραντικὴ μέν ἐστιν ὁμοίως τοῖς προειρημένοις, ἰδιότητι δὲ τῆς ὅλης οὐσίας θαυμαστῶς ἐπὶ τῶν λυσσοδήκτων ἐνεργεῖ, καὶ μόνη μὲν, ἀλλὰ καὶ μετὰ γεντιανῆς τε καὶ λιβανωτοῦ πολὺ μᾶλλον. εἶναι δὲ χρὴ τοῦ μὲν λιβανωτοῦ μοῖραν μίαν, πέντε δὲ τῆς γεντιανῆς καὶ τῶν καρκίνων δέκα. καὶ ἄλλως μὲν οὖν καυθεῖσιν αὐτοῖς ἐχρησάμεθά ποτε σπανίως, ὡς τὸ πολὺ δὲ καθ᾽ ὃν Αἰσχρίων ὁ ἐμπειρικὸς ἐχρήσατο φαρμάκων ἐμπειρικώτατος γέρων, πολίτης τε καὶ διδάσκαλος ἡμέ[311]τερος. ἦν δὲ λοπὰς ἐρυ-

laborantium et in arthriticis articulorum tumoribus, aegre quidem divelli poterunt, caeterum impenſe deſiccant. Et ſane inhaerere ſinere oportet, quoad ſponte decidant. Idemque faciendum in tumoribus ex ictu natis difficile ſolubilibus et ex contuſione facta in auribus, deſiccant enim illos magnopere univerſos, etiamſi viſcoſus craſſusque in alto humor contineatur.

[24. *De cancris uſtis.*] At fluviatilium cancrorum cinis, quamquam ſimiliter praedictis exiccatorius eſt, ſubſtantiae tamen proprietate mirabilis eſt ejus in iis, qui a rabiente cane ſunt morſi, effectus, isque tum ſolus tum cum gentiana et thure multo praeſtantior. Thuris ſane partem eſſe unam oportet, quinque autem gentianae, porro cancrorum decem. Et raro equidem aliter illis uſtis nos ſumus uſi, caeterum ad eum modum plerumque, quo Aeſchrion empiricus ille medicamentorum peritiſſimus ſenex, concivis ac praeceptor meus. Patella erat aeris

θρου χαλκοῦ, καθ' ἧς ἐπιτιθεὶς ζῶντας τοὺς καρκίνους ἔκαε ἄχρις οὗ τεφρωθῶσιν, ὡς εὐκόλως λειοῦσθαι. οὗτος ὁ Αἰσχρίων εἶχεν ἀεὶ παρεσκευασμένον ἕτοιμον ἐπὶ τῆς οἰκίας τὸ φάρμακον, ὥρᾳ θέρους κάων τοὺς καρκίνους, μετὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν, ἡνίκα λέοντι ἥλιος ἦν, ἡ σελήνη δὲ ὀκτωκαιδεκαταία. πίνειν τε καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐδίδου τὸ φάρμακον τοῦτο τοῖς λυσσοδήκτοις, ἄχρι τῆς τεσσαρακοστῆς ἐπιπάσσων ὕδατι κοχλιάριον εὐμέγεθες. εἰ δ' οὐκ ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ μεθ' ἡμέρας τινὰς τοῦ δηχθῆναι προὐνοεῖτο τοῦ δεδηγμένου, δύο κοχλιάρια καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπέπαττεν. ἐχρῆτο δὲ καὶ κατ' αὐτοῦ τραύματος τῷ διὰ τῆς Βρυτίας πίττης, ὀποπάνακός τε καὶ ὄξους, ἐμπλαστικῷ φαρμάκῳ, μίαν λαμβάνοντι πίττης λίτραν, ἕνα δὲ ὄξους δριμυτάτου ξέστην Ἰταλικὸν, ὀποπάνακος δὲ τρεῖς οὐγγίας. ταῦτα καίτοι τῆς προκειμένης οὐκ ὄντα πραγματείας, ἔγραψα διὰ τὸ θαῤῥεῖν τῷ φαρμάκῳ, μηδενὸς μηδέποτε ἀποθανόντος τῶν ὡς εἴρηται χρησαμένων αὐτῷ. ποιήσομαι δὲ καὶ κατὰ μόνας ἑτέραν

rubri, in quam impoſitos cancros viventes haetenus uſſit, ut in cinerem redacti facile ad laevorem redigi poſſent. Hic Aeſchrion paratum ſemper in aedibus hoc habebat medicamentum tempore aeſtivo, urens eos poſt ortum canis, quando ſol in leonem tranſiſſet, non niſi luna decimaoctava. Porro bibendum hoc medicamentum iis, qui a cane rabido fuiſſent morſi praebebat quotidie diebus quadraginta, menſura cochlearii magni aquae inſperſum. At ſi non protinus ab initio, verum aliquot poſt dies curam cepiſſet demorſi, tunc quotidie duo cochlearia aquae inſpergebat. Ad ipſum vero vulnus emplaſticum applicabat medicamentum, quod ex pice Brutia et opopanace acetoque conficitur, habens picis libram unam, unum aceti acerrimi ſextarium Italicum, opopanacis vero uncias tres. Haec tametſi a praeſenti inſtituto eſſent aliena, ſcribenda tamen cenſui, quia magnopere medicamento huic ipſe confiderem, nimirum cum nullus unquam eorum, qui illo fuerint uſi, ſit mortuus. Caeterum ſeorſum etiam librum conſcribam

πραγματείαν περὶ τῶν ἰδιότητι τῆς ὅλης οὐσίας ἐνεργούντων, ἐν οἷς ἐστι καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα. συγγινώσκειν οὖν χρὴ τῷ τῆς γραφῆς ἀκαίρῳ καὶ νῦν καὶ κατ᾽ ἄλλα χωρία τῆσδε τῆς πραγματείας ἐνίοτε γεγονότι, διὰ τὴν ἐκ τῶν λεγομένων ὠφέλειαν μεγίστην οὖσαν, ἣν διασώζεσθαι βούλομαι τοῖς μεθ᾽ ἡμᾶς ἀνθρώποις, εἰ καὶ μεταξὺ θάνατος γενόμενος ἀποκωλύσει με γράψαι τὰς ἐφεξῆς τῆσδε τῆς πραγματείας. ἁπάντων δὲ τῶν τοιούτων τὰς αἰτίας λέγειν βουλόμενος ὁ διδάσκαλος ἡμῶν Πέλοψ εἰκότως ἔφη τὸν καρκίνον, ἔνυδρον ζῶον ὑπάρχοντα, ὠφελεῖν τοὺς λυσσοδήκτους, οἷς φόβος ἐστὶν ἁλῶναι πάθει ξηροτάτῳ τῇ λύττῃ, διὸ καὶ τὸ ὕδωρ φοβοῦνται. ποταμίους δὲ τοὺς καρκίνους, οὐ θαλαττίους, ἔφασκεν ἁρμόττειν, ἐπειδὴ διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῶν ἁλῶν, ξηραντικωτάτων ὄντων, τὰ θαλάττια ζῶα τὴν πρὸς τὴν λύτταν ἐναντιότητα μὴ διαφυλάξειεν ἀκριβῆ. καί τινος εἰπόντος αὐτῷ, διὰ τί οὖν οὐχὶ καὶ πάντα τὰ ἐν ὕδατι ποτίμῳ ζῶα παραπλησίως τοῖς καρκίνοις ὠφελεῖ; ὅτι, (149) ἔφη, τὴν ὁμοίαν σκευασίαν

aliquando de iis quae proprietate fubftantiae totius quid agunt, e quorum numero funt id genus omnia. Ignofcendum itaque tum hoc in loco fcribendi importunitati tum ficubi praeterea id mihi hoc in opere contigit, nempe quia ex iis fumma proveniret utilitas, quam fane pofteris impertire volebam, fi forfan me prius quam quae poft haec deinceps funt opera perfeciffem, mors occupaffet propofitum impediens. Caeterum Pelops doctor meus et ipfe omnium ejusmodi caufas reddere volens non abs re, inquit, cancer, quum animal fit aquaticum, prodeft e cane rabido morfis, quibus videlicet metus eft ne corripiantur affectu ficciffimo, nempe rabie, quamobrem fane etiam aquam metuunt. Ac fluviatiles, non marinos, convenire cancros dictitabat, quod animalia marina ob admixtionem falis natura ficciffimi, haud aeque exactam tuerentur eam, quae eft adverfus rabiem, contrarietatem. Ac quum quidam fubjeciffet, cur non omnia quae in potabili aqua degunt animalia, perinde ut cancri, juvari affolent? quia, inquit, fimilem cancris praeparatio-

τοῖς καρκίνοις οὐ δύναται δέξασθαι. τούτων γὰρ καυθέντων τὴν τέφραν, ξηραντικὴν γινομένην, ἐκδαπανᾷν τε ἅμα καὶ διαφορεῖν τὸν ἰὸν τῶν δακνόντων κυνῶν. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Πέλοψ ἔλεγεν, ἐπαγγελλόμενός τε καὶ φιλοτιμούμενος ἐπίστασθαι τὰς αἰτίας αὐτῶν ἁπάντων. ἐγὼ δὲ ἐὰν μὴ πρότερον ἐμαυτὸν πείσω γινώσκειν ἀκριβῶς τι, τοὺς πέλας οὐκ ἐπιχειρῶ πείθειν. οὐκοῦν οὐδὲ τὸν τοῦ Πέλοπος λόγον ὡς ἀληθῆ προσηκάμην, ἀντιλογίας ἔχοντα συχνὰς, ἀλλὰ καὶ τοὺς καρκίνους ἡγοῦμαι κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ὅλης οὐσίας ὠφελεῖν. διὰ δὲ τὸ μηδένα τεθνάναι τῶν χρησαμένων αὐτοῖς, τοῖς γε μὴν σώμασιν ὅλοις ἐβουλήθην ἤδη δεδηλῶσθαί μοι τοῦτο, κᾂν μὴ τῆς ἐνεστώσης πραγματείας οἰκεῖον ᾖ. τοῦτο γὰρ οὐκ ἦν τὸ προκείμενον.

[λε΄. *Περὶ χελιδόνων κεκαυμένων.*] Οὐδ᾽ ἐφ᾽ ὧν εἶπον μόνων ζώων, ἀλλὰ καὶ τῶν χελιδόνων ἐχρήσαντο πολλοὶ καίοντες καὶ τῇ τέφρᾳ μέλι μιγνύντες, εἶτα διαχρίοντες τοὺς συναγχικούς. καὶ ὅλως ὅσα κατὰ φάρυγγα καὶ γαργαρεῶνα σὺν ὄγκοις γίγνεται πάθη. χρῶνται δ᾽ ἔνιοι καὶ πρὸς ὀξυ-

nem non admittunt, nam horum uftorum cinerem, exiccatorius quum fit, canum rabientium venenum abfumere fimulque digerere. Haec igitur fane Pelops dicebat, profitens ambitioneque magna jactitans omnium fe talium noviffe caufas. At ego nifi plane me fcire quippiam perfuafum habeam, aliis perfuadere non tento. Itaque nec Pelopis rationem ut veram accepi, ut quae crebras habeat contradictiones, verum cancros opinor ex proprietate totius fubftantiae prodeffe. Quoniam autem nullum eorum qui fuerant illis ufi mortuum fciveram, haec aperienda recenfendaque a me exiftimavi, tametfi non effet hujus inftituti proprium.

[35. *De hirundinibus uftis.*] Sane corporibus totis, nam id erat propofitum, non eorum tantum animalium, quae dixi, fed et hirundinum ufi funt multi, comburentes videlicet et cinerem melli mifcentes, ac deinde fynanchicos inungentes, et in totum quicunque in gutture ac columella confiftunt cum tumoribus affectus. Utuntur et ad acuen-

δερκίαν τῇ τέφρᾳ ταύτῃ. σκελετεύοντες δὲ αὐτὰς ἄλλοι διδόασι πίνειν δραχμῆς πλῆθος.

[312] [λϛ΄. Περὶ τεττίγων.] Καὶ τοῖς τέττιξι δὲ ξηροῖς χρῶνταί τινες ἐπὶ τῶν κωλικῶν διαθέσεων, μετὰ πεπέρεως ἴσων τὸν ἀριθμὸν κόκκων, καὶ διδόασιν ἢ τρεῖς ἢ πέντε ἢ ἑπτὰ, κατά τε τὰ διαλείμματα καὶ τοὺς παροξυσμούς. ὀπτῶντες δ᾽ αὐτοὺς ἄλλοι διδόασιν ἐσθίειν τοῖς πεπονθόσι κύστιν.

[λζ. Περὶ κορύδων.] Ὅ γε μὴν κόρυδος τὸ πτηνὸν ζῶον τουτὶ τὸ μικρὸν, ὃ καὶ κατὰ τὰς ὁδοὺς πολλάκις ὁρῶμεν, ἑψόμενον ἐν τῷ ζωμῷ τοὺς κωλικοὺς ὠφελεῖ. χρὴ δὲ συνεχῶς καὶ πολλάκις ἐσθίειν αὐτὸ μετὰ τοῦ ζωμοῦ. ἔχει δὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦτο τὸ ζῶον ὥσπερ τινὰ λόφον ἐκ τῶν τριχῶν αὐτοφυῆ, δι᾽ ὃν καὶ ὁ μῦθος ὃν Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς ἔγραψεν ἐπλάσθη. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ τόνδε τὸν τρόπον· ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς καὶ πολυπράγμων, οὐδ᾽ Αἴσωπον μεμάθηκας, ὃς ἔφασκε λέγων κόρυδον πρώτην πάντων ὀρνίθων γενέσθαι, πρότερον τῆς γῆς, κἄπειτα νόσῳ τὸν πατέρα αὐτῆς ἀποθνήσκειν, γῆν δ᾽ | οὐκ εἶναι, αὐτὸν δὲ προκεῖσθαι

dum viſum hoc cinere nonnulli. At aliis eas areſactas drachmae pondere bibendas exhibent.

[36. *De cicadis.*] Sed et cicadis ſiccis quidam utuntur ad colicos affectus cum paribus numero piperis granis, dantque aut tres aut quinque aut ſeptem, per intermiſſionem videlicet et per ipſos etiam paroxyſmos. Porro alii aſſas edendas offerunt, quibus affecta veſica eſt.

[37. *De galeritis, alaudis.*] Galerita tamen avis illa puſilla obiter nobis plerumque obvia, in jure elixa colicos adjuvat. Verum aſſidue eam edere ſimul cum jure neceſſe eſt. Habet vero hoc animal in capite velut galerum ex pilis ſponte enatum, cujus occaſione efficta eſt quae apud Ariſtophanem comicum legitur fabula. Is enim inquit hunc in modum: imperitus es nec curioſus et nec Aeſopum quidem didiciſti, qui ait galeritam primam volucrum fuiſſe, etiam ante terram, inde patrem morbo defunctum, quum humus nondum eſſet enata, dies quidem quinque jacuiſſe, at hanc

πεμπταῖον, τὴν δ' ἀποροῦσαν ὑπ' ἀμηχανίας τὸν πατέρα αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι. τοῦτο δέ φασι καὶ τὸν Θεόκριτον αἰνίττεσθαι λέγοντα,

Οὐδ' ἐπιτυμβίδιαι κορυδαλλίδες ἠλαίνοντι.

δηλοῦν γὰρ αὐτὸν τὰς τὸν τύμβον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐχούσας. προσέθηκα δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ, διὰ τὸ βούλεσθαι σαφῶς δηλῶσαι τὸ ζῶον τὸν κόρυδον, ὁποίαν τινὰ τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἀνάστασιν ἔχει τῶν τριχῶν, ἐπειδὴ τῆς ὠφελείας αὐτοῦ πρὸς τοὺς κωλικοὺς ἐπειράθην, καὶ βούλομαι καλῶς γνωρίσαι τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτὸ, ἐπειδὴ τοῖς πυργήτδις ὀνομαζομένοις ἔοικεν, ἀλλὰ τῷ τε λόφῳ διακρίνεται καὶ βραχύ τι μείζων ἐστὶν αὐτοῦ. καὶ γάρ τοι καὶ ἡ κορυδαλὶς καλουμένη βοτάνη καὶ αὐτοῖς κωλικοῖς ἁρμόττει. καί σοι καὶ τοῦτο κατὰ τὸ πάρεργον ἐγνώσθω.

[λη'. Περὶ ἀλεκτορίδων.] Ὅ γε μὴν τῶν ἀλεκτορίδων ἁπλοῦς ζωμὸς ἐπικεραστικῆς ἐστι δυνάμεως, ὥσπερ ὁ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων ὑπακτικῆς. ἕψειν δὲ αὐτοὺς χρὴ μεθ' ἁλῶν ἐπὶ πλεῖστον. ἀλλὰ τούτων μὲν αὐτοὶ πεῖραν ἔχομεν.

prae inopia melioris conſilii in capite tandem patrem ſuum defodiſſe. Hoc quoque ajunt obſcure licet deſignaſſe tamen Theocritum,

Nec galeritae ſepulchrum in capite ferentes, vagantur.

nempe indicare illum eas, quae in capite ſepulchrum gerant. Annexui autem huic iſta ſermoni, quo plane et clare hoc animal, nempe galeritam ſignificare quos ferat in capite pilos erectos, quandoquidem expertus ſum ejus adverſus colicos utilitatem, velimque qui ipſum non norunt, iis bene aperteque monſtratum. Etenim aviculis pyrgitis ac troglytis appellatis aſſimilis eſt. Diſcernitur autem tum quia galeram habet tum quia paulo major exiſtit. Nam et ipſa corydalis appellata herba colicis convenit. Et hoc quoque tibi obiter ſit notatum.

[38. *De gallinis.*] At gallinarum jus ſimplex retinendi vim poſſidet, uti gallorum ſubducendi. Coquendi autem ſunt cum ſale prolixiſſime. Sed horum ipſi fecimus periculum.

[λθ'. Περὶ γαλῆς.] Γαλῆν δὲ οὐδέποτε ἐκαύσαμεν, ἐφ' ἧς γεγράφασι τὴν τέφραν καταχριομένην μετ' ὄξους ὠφελεῖν ποδαγρικούς τε καὶ ἀρθριτικοὺς, ὡς ἱκανῶς διαφορεῖν πεφυκυῖαν, σκελετευθεῖσαν δὲ πινομένην ἐπιλήπτους, κατὰ τὴν αὐτὴν δηλονότι δύναμιν. ἔνιοι δὲ καὶ πάντως ἀλεξιφάρμακον εἶναι θηρίου, καὶ μάλιστα τὴν κοιλίαν αὐτῆς.

[μ'. Περὶ κεκαυμένων βατράχων.] Τῶν γε μὴν κεκαυμένων βατράχων τὴν τέφραν αἱμοῤῥαγίας ἴαμά φασιν ὑπάρχειν ἐπιπαττομένην, ἀλωπεκίας δὲ ἰᾶσθαι μετὰ πίττης ὑγρᾶς.

[μα'. Περὶ ἱπποκάμπου.] Καὶ τὸν ἱππόκαμπον δὲ τὸ θαλάττιον ζῶον ὅλον καυθὲν ἔγραψάν τινες ἀλωπεκίας ὠφελεῖν, καὶ αὐτὸ δηλονότι ξηραντικῆς τε καὶ λεπτομεροῦς δυνάμεως ὑπάρχειν ἢ τὴν τέφραν αὐτοῦ. μιγνύουσι δ' αὐτὴν τινὲς μὲν ἀμαρακίνῳ μύρῳ, τινὲς δ' ὑγρᾷ πίττῃ, τινὲς δὲ παλαιῷ στέατι ὑός.

[313] [μβ'. Περὶ ταριχηρῶν τελλινῶν.] Καὶ τὰς ταριχηρὰς δὲ τελλίνας καυθείσας καυστικὴν ἐργάζεσθαι τέφραν εἰς τοσοῦτόν φασιν, ὥστε μετὰ κεδρίας μιγνυμένην αὐτὴν,

[39. *De muſtela.*] Muſtelam nunquam combuſſimus. De qua ſcriptum legitur, cinerem quidem ejus cum aceto illitum podagricos arthriticosque juvare, tanquam vehementer valeat digerere, ipſam vero arefactam ac potam prodeſſe comitialibus, eadem nimirum illa facultate. Porro quidam etiam plane omnis ferae alaxipharmacum eam aſſe referunt, et maxime eius ventrem.

[40. *De ranis uſtis.*] At ranarum uſtarum cinerem ſanguinis eruptioni mederi referunt inſperſum: ceterum cum liquida pice ſanare alopecias.

[41. *De hippocampo.*] Et hippocampum, animal illud marinum, ſi totum uſſeris, alopeciis prodeſſe proditum a quibusdam eſt, ipſumque videlicet deſiccantis eſſe facultatis extenuantisque, aut certe ejus cinerem, quem quidam unguento amaracino commiſcent, quidam pici liquidae, alii veteri adipi ſuillo.

[42. *De tellinis ſalſis.*] Et ſalſas tellinas uſtas adeo urentem efficere cinerem ajunt, ut is cum cedria evulſos

ὅταν ἐκ τῶν ῥιζῶν ἐξέλωμεν τὰς τρίχας τῶν βλεφάρων, ἐνσταζομένην τῷ χωρίῳ κωλύειν αὖθις αὐτὰς ἀναφύεσθαι. *Περὶ γῆς ἐντέρων.* Χωρὶς δὲ καύσεως ἢ ἑψήσεως ὅλων τῶν ζώων ἐπιτιθεμένων τοῖς πεπονθόσι μορίοις ἢ εἴσω τοῦ σώματος λαμβανομένων ἐπειράθησαν, ἢ ὡς πεπειραμένοι γεγράφασιν ἔνιοι τῶν ἰατρῶν γῆς μὲν ἔντερα λειωθέντα, νεύροις διῃρημένοις ἐπιτιθέμενα, παραχρῆμα θαυμαστῶς ὀνινάναι, τὰ δ᾽ αὐτὰ ταῦτα πάντα σὺν γλυκεῖ πινόμενα φάρμακον οὐρητικὸν εἶναι.

[μγ΄. *Περὶ κόρεων.*] Γεγράφασι δὲ καὶ περὶ κόρεων, ὡς εἰ μετ᾽ ὄξους ποθεῖεν, ἐκβαλλόντων βδέλλας καταπεπομένας. ἀλλ᾽ ἡμεῖς γε διὰ σκορόδων ἐδωδῆς ἐκβάλλοντες αὐτὰς ἀεὶ κόρεων οὐκ ἐδεήθημεν.

[μδ΄. *Περὶ κανθαρίδων.*] Κανθαρίδων γε μὴν ἱκανὴν πεῖραν ἔχομεν ἐπὶ τῶν ψωρωδῶν ὀνύχων, οἷς ἐπιτιθέμεναι μετὰ τῶν ἐπιτηδείων κηρωτῶν ἢ ἐμπλαστῶν φαρμάκων ἐξάγουσιν αὐτοὺς, ὡς ἐκπίπτειν ὅλους. ἐμίξαμεν δὲ καὶ ταῖς πρὸς ψώρας καὶ λέπρας ἁρμοζούσαις δυνάμεσι καί τισι τῶν

radicitus ex palpebris pilos inſtillatus in locum renaſci prohibeat. *De lumbricis terrae.* Porro citra uſtionem aut lixationem totorum animalium in partes affectas impoſitorum aut intro in corpus ſumptorum, quidam medicorum fecere periculum aut ceu fecerint periculum ita ſcribunt, terrae quidem inteſtina contrita nervisque diviſis impoſita protinus mirum in modum prodeſſe, atque haec ipſa quoque cum mulſa pota medicamentum eſſe movendae urinae idoneum.

[43. *De cimicibus.*] Sed et de cimicibus quibusdam traditum eſt, quod ſi cum aceto bibantur hirudines abſorptas ejiciant; at nobis, quum eas perpetuo alliorum eſu ejecerimus, haud opus fuit cimicibus.

[44. *De cantharidibus.*] Veruntamen ſufficientem habemus de cantharidibus experientiam, quod in ungues pſorodeis idoneis ceratis, aut emplaſtris impoſitae ſic illos educunt ut toti cadant. Miſcuimus eas etiam facultatibus pſoris et lepris congruentibus nec non quibusdam putrefactis,

σηπτῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ τῶν τοὺς καλουμένους ἥλους ἐκβαλλόντων. εἷς δέ τις τῶν ἡμετέρων διδασκάλων ἐνέβαλλεν αὐτῶν ὀλίγον εἰς οὐρητικὸν φάρμακον. ἔνιοι δὲ μόνα τὰ πτερὰ καὶ τοὺς (150) πόδας ἐμβάλλουσιν, ἃ δὴ καὶ ἀλεξητήριά φασιν εἶναι τοῖς τὰ τώματα πιοῦσιν αὐτῶν. ἔνιοι δὲ ἔμπαλιν, ἡμεῖς δὲ ὅλας ἐμβάλλομεν. ἐπιτηδειότεραι δ᾽ εἰσὶ πρὸς ἅπερ ἔφην λέγων πεπειράσθαι τῶν κανθαρίδων ἐκ τῶν πυρῶν ὅσαι μηλίνας ἐγκαρσίας ζώνας ἔχουσιν ἐν τοῖς πτεροῖς, καὶ μᾶλλον, ἐὰν ἐμβαλὼν αὐτὰς εἰς ἀγγεῖον καινὸν κεράμιον, εἶτα περιτιθεὶς τῷ στόματι τοῦ ἀγγείου τῶν ἀραιῶν ὀθονίων τι κρατῆς οὕτω τὸ ἀγγεῖον, ὡς ἐστράφθαι τὴν ὀθόνην κάτω, δεχομένην τὸν ἀναφερόμενον ἀτμὸν τοῦ ὄξους ἄχρις ἂν ἀποθάνωσιν αἱ κανθαρίδες.

[με΄. Περὶ βουπρήστεως.] Οὕτω δὲ καὶ τὰς βουπρήστεις ἀποτίθεσθαι προσῆκεν. εἰσὶ δὲ καὶ αὗται γένος τι ζώου, παραπλήσιον κανθαρίσι κατὰ τὴν ἰδέαν καὶ τὴν δύναμιν.

[μστ΄. Περὶ πιτυοκάμπης.] Καὶ μὴν καὶ ἐπὶ ταῖς πίτυσι κάμπαι, καλούμεναι δὲ εἰκότως πιτυοκάμπαι, τοιαύτης εἰσὶ δυνάμεως.

atque interim etiam iis quae clavos quos vocant ejiciunt. Porro praeceptorum meorum quidam earum paulum quiddam in medicamenta urinam moventia ſolebat injicere. At quidam ſolas alas et pedes injiciunt, quae ajunt eſſe alexeteria iis qui corpora ipſorum bibiſſent, alii contra, at nos totas indimus. Caeterum aptiores ſunt ad ea quae expertum me dixi eae cantharides, quae inventae in frumento lutea transverſim in alis cingula obtinent, potiſſimum ſi injiciantur in vas novum fictile, cujus ori linteum obductum ſit rarum, itaque illud invertas ut linteum halitum ab aceto ſubtus poſito excipiat, donec emoriantur ipſae cantharides.

[45. *De bupreſtidibus.*] Sic bupreſteis quoque reponere expedit. Sunt autem et ipſae animalis quoddam genus cantharidibus tum ſpecie tum viribus aſſimile.

[46. *De pityocampe.*] Quin et erucae quae in piceis naſcuntur merito ſane nuncupatae pityocampae hujus ſunt facultatis.

[μζ'. *Περὶ σαλαμάνδρας.*] *Καὶ τῆς σαλαμάνδρας δὲ καυθείσης τὴν τέφραν ἔνιοι μιγνύουσι σηπταῖς τε καὶ λεπρικαῖς καὶ ψωρικαῖς δυνάμεσι.*

[314] [μη'. *Περὶ νάρκης.*] *Καὶ τὴν νάρκην δ' ὅλην, λέγω δὲ δηλονότι τὸ θαλάττιον ζῶον, ἔγραψαν ἔνιοι κεφαλαλγίας ἰᾶσθαι προσφερομένην τῇ κεφαλῇ καὶ τὴν ἐξεστραμμένην ἕδραν ἐντρέπειν. ἀλλ' ἐγὼ πειραθεὶς ἀμφοῖν οὐδέτερον ἐργαζομένην εὗρον. ἐννοήσας οὖν αὐτὴν ἔτι ζῶσαν προστιθέναι τινὶ κεφαλὴν ὀδυνωμένῳ, δύνασθαι γὰρ ἀνώδυνον εἶναι φάρμακον, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ὅσα ναρκοῖ τὴν αἴσθησιν εὗρον οὕτως ἔχειν. οἴομαι δὲ καὶ τὸν πρῶτον χρησάμενον ἔκ τινος τοιαύτης ἐπινοίας ὁρμηθέντα χρῆσθαι.*

[μθ'. *Περὶ δράκοντος θαλαττίου καὶ τρίγλης.*] *Ζῶντα δ' ἀναπτυχθέντα καὶ παραχρῆμα προσενεχθέντα τοῖς πεπονθόσι μορίοις ὠφελεῖν ἔγραψαν ζῶα ταυτὶ, δράκοντα μὲν θαλάττιον ἐπὶ τῆς ἰδίας πληγῆς ἐπιτιθέμενον, ὡσαύτως δὲ καὶ τρίγλην ἐπὶ τὴν τοῦ δράκοντος, μῦς δὲ τοὺς κατ' οἶκον ἐπὶ τὴν τοῦ σκορπίου, καθάπερ καὶ τὴν σαῦραν, μυγαλὴν δ' ἐπὶ*

[47. *De falamandra.*] Et falamandrae combuftae cinerem quidam fepticis et lepricis pforicisque mifcent facultatibus.

[48. *De torpedine.*] Sed et torpedinem totam, dico autem animal marinum, capitis dolores fanare capiti admotam fedemque everfam coërcere a quibusdam eft proditum. Verum ego quum utrumque effem expertus, neutrum verum comperi. Eam igitur cum cogitaffem vivam effe applicandam, cui caput doleret, poffe enim fieri ut hoc medicamentum anodynon effet, ac dolore liberaret fimiliter ut alia quae fenfum obftupefaciunt, ita habere comperi. Putoque eum, qui primus eft ufus tali quapiam motum ratione experiri aggreffum.

[49. *De dracone marino et trigle.*] Vivas etiamnum hafce animantes apertas et protinus partibus affectis appofitas prodeffe fcripferunt, nempe draconem marinum in fuum ipfius ictum impofitum, fimiliter et triglam in draconis, mures domefticos in ictum fcorpii, velut et fauram.

τὴν ἑαυτῆς καὶ σαῦραν τὴν Χαλκιδικὴν, ἣν καὶ δι' οἴνου ποτίζουσιν, ὡς θεραπεύουσαν τὸ ἑαυτῆς δῆγμα. καὶ σκορπίον δὲ τὴν ἑαυτοῦ πληγὴν ἐκθεραπεύειν ἐπιτιθέμενον λεῖον· ὡσαύτως δὲ καὶ ὀπτὸν ἐσθιόμενον. ἁρμόττειν δ' αὐτόν φασι καὶ τοῖς ὑπ' ἐχίδνης δηχθεῖσιν, ἀσκαλαβώτην δὲ τοῖς ὑπὸ σκορπίου. λέγουσι δὲ κἀν τοῖς κατ' Αἴγυπτον χωρίοις σκελετευθέντα τὸν καλούμενον ἀσείρακον τοῖς ὑπὸ σκορπίου πληγεῖσι δίδοσθαι καὶ τὸ καλούμενον κύβιον ἐπὶ κυνὸς δήγματος ὠφελίμως παραλαμβάνεσθαι κατὰ τοῦ τραύματος ἐπιτιθέμενον, ἄλλα τε πολλὰ τοιαῦτα, περὶ ὧν ἐπιπλέον ἐροῦμεν ἐν τοῖς κατὰ ἰδιότητα τῆς ὅλης οὐσίας ἐνεργοῦσιν. ἐν ἐλαίῳ δ' ἑψηθέντων ὅλων ζώων ἐχρήσαντο τῷ ἐλαίῳ τινὲς τῶν καθ' ἡμᾶς ἰατρῶν. ἔνιοι δὲ τῶν ἔμπροσθεν, ἕνεκα μὲν ψιλώσεως τριχῶν πιτυοκάμπαις τε καὶ ταῖς θαλαττίαις ἀκαλήφαις καὶ λαγωῷ τῷ θαλαττίῳ καὶ σκολοπένδρᾳ τῇ θαλαττίᾳ· πρὸς ὠταλγίαν δὲ σίλφαις ἐνεψηθείσαις τῷ ἐλαίῳ καὶ τοῖς καλουμένοις ὀνίσκοις. ἔστι δὲ ζῶα σφαιρούμενα κατὰ τὴν εἰς ἑαυτὸν σύνοδον, ἅπερ ὀνομάζουσί τινες τῶν παρ' ἡμῖν

Mygalen in fuum ipfius et fauram Chalcidicam, quam et ex vino bibendam praebent, tanquam fuum ipfius morfum fanet. Porro fcorpium ipfius ictum curare, fi tritus imponatur, fimiliter fi affus edatur. Congruere autem ajunt et iis, qui a vipera funt morfi, afcalabota vero iis qui a fcorpio. Referunt autem et in Aegypti regionibus arefactum afiracum quem vocant exhiberi iis, qui a fcorpio percuffi funt, et vocatum cybium utiliter vulneri a cane inflicto imponi multaque ejusmodi, de quibus copiofius differemus, ubi tractabitur de iis quae proprietate fubftantiae quid agunt. Caeterum in oleo lixis totis animalibus ipfo oleo utebantur noftratium medicorum quidam, fed et fuperiorum nonnulli ad depilationem nempe pityocampis et urticis marinis, lepore marino, fcolopendro marino; ad aurium vero dolorem filphis in oleo coctis et iis quos vocant multipedas. Ea enim animalia in globum fefe contrahunt, vocantque ea apud nos quidam fabas, quandoqui-

κυάμους, ἐπειδὴ παραπλήσιοι τοῖς ἐδωδίμοις κυάμοις εἰσίν, ὅταν ἑαυτοὺς σφαιρώσωσι φαιοὶ κατὰ τὴν χρόαν ὄντες. ἐπὶ δὲ τῆς ἀγροικίας ἔστιν ἰδεῖν πλείστους τούτους γεννωμένους ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις, αἷς ἀπὸ τῶν κρηνῶν κομίζουσι τὸ ὕδωρ οἱ ἀγροῖκοι, κατατίθενται δ᾽ αὐτὰς πλησίον τῆς ἑστίας, καί τινας τῶν κατὰ ἀγρὸν ἰατρευόντων εἶδον ἀεὶ χρωμένους τῷ ἐξ αὐτῶν ἐλαίῳ πρὸς τὰ τῶν ὤτων ἀλγήματα πάντα, μὴ διοριζομένους κατὰ τίνα γέγονε διάθεσιν· ὅθεν εἰκότως ἐνίοτε μὲν ἐπιτυγχάνουσιν, ἐνίοτε δὲ καὶ βλάπτουσι. καὶ τί θαυμαστὸν, ὅπου καὶ τῶν ἐνδόξων ἰατρῶν ἔνιοι χωρὶς διορισμοῦ περὶ τῶν τοιούτων ἔγραψαν; τοιαῦτα γοῦν ἐστι καὶ τὰ τῶν εὐπορίστων φαρμάκων Ἀπολλωνίου βιβλία. οὗτος τοίνυν καὶ τὰ τῆς γῆς ἔντερα γέγραφεν ἐν ἐλαίῳ καθεψηθέντα τῶν ὤτων ἀλγήματα πραΰνειν, ἔνιοι δὲ στέατι χηνὸς ἀξιοῦσι μίξαντας οὕτω χρῆσθαι.

[315] [ν΄. Περὶ ἀλωπέκων καὶ ὑαινῶν.] Περὶ δὲ τῶν ὅλων ἐν ἐλαίῳ καθεψομένων ἀλωπέκων, οὕτως γάρ τινες ἀρθριτικοὺς θεραπεύουσιν, οἱ μὲν ζώσας ἐμβάλλοντες μεγίστῳ λέβητι τὰς ἀλώπεκας, οἱ δὲ καὶ τεθνεώσας, ἀναγκαῖον εἰπεῖν

dem efculentis fabis funt perfimilia, ubi fefe videlicet in globum convolverint colore fufco. Porro in agro complures videre eft natos fub fitulis, quibus a fontibus ruftici aquam comportant, deponuntque eas juxta focum. Vidique quosdam ex eis qui medicinam in agro exercebant affidue oleo ex illis compofito ad univerfos aurium dolores uti, non difcernentes affectum unde oriretur. Itaque non abs re evenit ut interim effectum confequerentur, interim laederent. Et quid mirum, quando et infignes quidam medici de iis citra diftinctionem fcripfere? tales funt Apollonii libri de facile parabilibus. Atque hic fane etiam fcripfit vermes terrae in oleo coctos aurium dolores mitigare, fed alii cenfent admixto adipe anferino fic demum utendum.

[50. *De vulpe et hyena.*] Caeterum de vulpibus, quae totae oleo coquuntur, nam fic quidam curant arthriticos, partim vivas vulpes in lebetem ingentem injicientes partim etiam mortuas, fufius dicere mihi neceffe eft,

Ed. Chart. XIII. [315.] Ed. Baf. II. (150.)
ἐπιπλέον, ἐπειδὴ πολλοὺς ἔδοξαν κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἀπηλλαχέναι τοῦ πάθους, οὐ μετὰ πολὺν δὲ χρόνον ὠφεληκέναι μόνον. ἐπανῆλθε γὰρ αὐτοῖς τὸ πάθος, οὐ μὴν οὕτω γε σφοδρὸν ὡς ἔμπροσθεν ἦν. ἔστι δὴ τὸ κατὰ τὰς ἀλώπεκας οὐδέν τι διαφορητικώτερον τοῦ κατὰ τὴν ὕαιναν, ἧς ὁμοίως ἑψομένης ἐν ἐλαίῳ διαφορητικώτατον γίνεται τοὔλαιον. εἴρηται δὲ πολλάκις ὡς τοῖς τοιούτοις φαρμάκοις ὑπάρχει τὰ διὰ βάθους ἐν τῷ σώματι περιεχόμενα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἕλκειν καὶ κατὰ τοῦτο τὰς ὀδύνας ἐνίοτε παύειν. οὐ γὰρ δὴ διὰ παντός γε τοῦτ᾽ αὐτοῖς ἕπεται μόνον, ἐκείνων τῶν ὀδυνῶν παυομένων ὑπὸ τῶν τοιούτων φαρμάκων, ἐφ᾽ ὧν ἐν τῷ βάθει περιέχεται χυμὸς ὀδύνης ποιητικὸς, ἢ διὰ τὸ πάχος τῆς οὐσίας ἢ διὰ ψύξιν ἢ δριμύτητα σφοδρὰν ἢ καὶ πνεῦμα φυσῶδες, οὐκ ἔχον διέξοδον. οἱ τοίνυν ταῖς ἀλώπεξι χρώμενοι καὶ αὐτοὶ διαφορητικὸν εἰργάζοντο τοὔλαιον, εἶτα πυέλους αὐτῷ πληροῦντες ἐνεβίβαζον αὐταῖς ὅλους τοὺς ἀρθριτικοὺς, ἐνδιατρίβειν χρόνῳ συχνῷ κελεύοντες, ἐκ τούτου

quandoquidem plerosque visae sunt principio plane morbo hoc liberasse, verum post multum temporis non ita profuisse: siquidem illos malum repetiit, quamquam non ita vehemens quam antea. Sane oleum in quo cocta vulpes est non est potentioris in digerendo facultatis quam in quo hyaena, quae si similiter in oleo lixetur, redditur oleum longe potentissimae in digerendo facultatis. Porro frequenter dictum est talibus medicamentis inesse potentiam eorum, quae in alto continentur corpore, in extimam cutem extrahendi, ac eo nomine quandoque sedandi dolores, non enim perpetuo hoc ad ea sequitur, quum ii duntaxat dolores ab ejusmodi medicamentis sedentur, quorum causa est humor in alto contentus, dolorem ciens aut substantiae crassitie aut refrigeratione aut vehementi acrimonia, aut etiam spiritus flatuosus exitum non habens. Itaque qui utuntur vulpibus et ipsi oleum digestivum efficiunt, atque inde impletis eo alveolis totos arthriticos in eos imponunt multo ibi tempore immorari praecipientes. Verum ex hoc

τε συνέβαινεν οὐ μόνον τοὺς περὶ τοῖς ἄρθροις ὄγκους αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα κενοῦσθαι. πληθωρικῶς οὖν ὅλου τοῦ σώματος αὐτοῖς προδιακειμένου θαυμαστὸν οὐδὲν ἦν ὠφέλειαν τῇ κενώσει γενέσθαι, μηδενὸς μὴν ἐπιῤῥέοντος τοῖς πεπονθόσι μέρεσι διὰ τὸ κενοῦσθαι τὸ σύμπαν σῶμα, τῶν ἐν αὐτοῖς περιεχομένων χυμῶν διαφορουμένων. ὥσπερ δ᾽ ἔμπροσθεν ἀπαθοῦς ὄντος αὐτοῖς τοῦ σώματος ἡ μοχθηρὰ δίαιτα τὸ πάθος εἰργάσατο, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι διὰ τῆς ὁμοίας διαίτης εἰκὸς ἦν αὖθις αὐτοὺς ὡσαύτως διατεθήσεσθαι τοῖς πεπονηκόσιν ἄρθροις.

Κεφ. β΄. [α΄. Περὶ τῶν ἐν θαλάττῃ καὶ ἁλμυροῖς ὕδασι γεννωμένων.] Μόνα ταῦτα ἔτι λείποντα τῇ συμπάσῃ πραγματείᾳ καιρὸν ἐπιτήδειον ἔχει τόνδε. τὰ μὲν γὰρ ἐν θαλάττῃ (151) τε καὶ ὕδατι γεννώμενα ζῶα κατὰ τὸν ἔμπροσθεν εἴρηται λόγον περὶ τῶν ζώων. ὅσα δὲ γεννᾶται μὲν ἐν ὕδασιν ἢ ἐξ ὑδάτων, οὐκ ἔστι δὲ ταῦτα ζῶα, νῦν εἰρήσεται.

fit ut non tantum qui circa articulos ſunt tumores evacuentur, ſed etiam univerſum corpus. Itaque ubi corpus illis antea plenitudine affectum fuerit, mirum non eſt per evacuationem conſecutum commodum, nempe quum nihil etiam in affectas partes influat, quia corpus univerſum jam evacuatum eſt et qui continebantur humores exhalarunt. Caeterum quemadmodum antea, quum corpus noxa vacaret, prava victus ratio morbum invexit, eundem in modum aut etiam amplius a ſimili diaeta par eſt rurſum illos ſimiliter afficiendos in articulis quibus jam laboraverunt.

Cap. II. [1. *De iis quae mari et aquis ſalſis proveniunt.*] Sola haec in toto opere reliqua hoc habent nunc tempus opportunum. Nam quae in mari et aqua naſcuntur animalia ſuperiori ſermone expoſita ſunt, ubi videlicet agebatur de animalibus, at quae in aquis quidem aut ex aquis naſcuntur, nec ſunt animalia, ea nunc exponentur.

[β'. Περὶ ἀδαρκίου.] Ἀδάρκιον, ἔνιοι δὲ ἀῤῥενικῶς ἄδαρκον, ἄλλοι δὲ θηλυκῶς ἀδάρκην καλοῦσι κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν οἷος ἀφρός τίς ἐστι πεπηγὼς, ὕδατος ἁλμυροῦ περιπηγνύμενος φορυτῷ τε καὶ καλάμοις. δριμύτατον δ' ἐστὶ καὶ θερμαντικώτατον τοῦτο, διὸ καὶ καθ' αὑτὸ μὲν ἄχρηστόν ἐστι, μίγνυται δὲ τοῖς ἀμβλύνουσι τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ οὕτω γίγνεται πολύχρηστον ἐπὶ τῶν θερμανθῆναι δεομένων διαθέσεων ἔξωθεν προσαγόμενον. εἴσω γὰρ τοῦ σώματος οὐχ οἷόν τε λαβεῖν αὐτὸ διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς δυνάμεως.

[γ'. Περὶ ἀλκυονίων.] Ἀλκυόνια ῥύπτει μὲν ἅπαντα καὶ διαφορεῖ, δριμεῖαν ἔχοντα ποιότητα καὶ θερμὴν δύναμιν, ἀλλὰ τὸ μᾶλλόν τε [316] καὶ ἧττον ἐν αὐτοῖς ἐστιν οὐκ ὀλίγον, ἔν τε τούτοις αὐτοῖς οἷς εἴρηκα καὶ προσέτι κατὰ τὸ λεπτομερὲς τῆς ὅλης οὐσίας. ἔστι δ' αὐτῶν ἓν μὲν πυκνὸν καὶ βαρὺ καὶ μοχθηρὸν κατὰ τὴν ὀσμὴν, ὄζει γὰρ ἰχθύων σαπρῶν, ἐοικὸς κατὰ σχῆμα σπόγγῳ. δεύτερον δ' ἄλλο προμηκέστερον τῷ σχήματι κοῦφον καὶ ἀραιὸν, ὀσμὴν φυκίοις ὁμοίαν ἔχον. ἄλλο δὲ τρίτον σκώληκι μέν ἐστι τὸ

[2. *De adarcio.*] Adarcion, quidam vero maſculine efferunt adarcon, alii foeminine adarcen appellitant, eſſentia quidem ſua velut ſpuma eſt aquae ſalſae concreta, circum arundines et farragines concreſcens. Acerrimum hoc eſt medicamentum ſimulque calidiſſimum, proinde et per ſe inutile eſt, verum commiſceri ſolet iis quae vim ejus retundunt, ſicque fit multo utiliſſimum in iis affectibus qui calefieri poſtulant, idque foris impoſitum, nam intro in corpus ipſum ſumere eſt impoſſibile, nimirum ob virium vehementiam.

[3. *De alcyoniis.*] Alcyonia omnia detergunt ac digerunt, qualitatem habentia acrem et calidam facultatem, verum magis et minus in ipſis non parum eſt, in his ipſis quae diximus ſecundum partium eſſentiae totius tenuitatem. Eſt autem eorum unum denſum et grave odoris pravi, olet enim piſces putridos, ſpongiae figura ſimile. Alterum vero figura longiuſcula, leve et rarum, odorem habens ſimilem phyciis. Aliud tertium vermi ſimile eſt figura, colore pur-

Ed. Chart. XIII. [316.] Ed. Baſ. II. (151.)

σχῆμα παραπλήσιον, πορφυρίζει δὲ τῇ χρόᾳ καὶ τῇ συστάσει μαλακόν ἐστιν. ὀνομάζουσι δ' αὐτὸ Μιλήσιον. ἐφ' οἷς ἄλλο τέταρτον, ὁμοίως μὲν τῷ δευτέρῳ λελεγμένῳ κοῦφόν τε καὶ ἀραιὸν, ἐοικὸς δὲ ἐρίοις οἰσυπηροῖς. τὸ δὲ πέμπτον ἔξωθεν μὲν ἐπιφανείᾳ λείᾳ περιγράφεται, τὴν δ' ἐντὸς οὐσίαν ἔχει τραχεῖαν, οὐδεμίαν μὲν ἔχον ὀσμὴν, ἐν τῇ γεύσει δὲ δριμὺ φαινόμενον· ἔστι γὰρ δήπου καὶ θερμότατον ἁπάντων τῶν ἀλκυονίων, ὡς τρίχας ἀποκάειν δύνασθαι. διὸ τῶν μὲν πρώτων δύο λειχῆνας καὶ ἀλφοὺς καὶ μέντοι καὶ ψώρας καὶ λέπρας ὠφελούντων, ἔτι τε λαμπρυνόντων τὸ δέρμα διὰ τὸ σύμμετρον τῆς δυνάμεως, δύναται ταὐτὸ ποιεῖν τουτὶ τὸ ἔσχατον εἰρημένον. οὐ γὰρ ἀποῤῥύπτει μόνον ἐκεῖνα, ὥσπερ τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν, ἀλλ' ἀποδέρει τε καὶ ἐκδέρει προσερχόμενον εἰς τὸ βάθος τοῦ δέρματος ὡς ἕλκη ποιεῖν. τὸ δὲ τρίτον εἰρημένον ἁπάντων ἐστὶ λεπτομερέστατον, διὸ καὶ καυθὲν ἀλωπεκίας ἰᾶται μετ' οἴνου καταχριόμενον πυῤῥοῦ μὲν τὴν χρόαν, λεπτοῦ δὲ τῇ συστάσει. τὸ τέταρτον δὲ τούτων ἐστὶν ὁμοειδὲς κατὰ τὴν δύναμιν, ἀσθενέστερον δ' οὐκ ὀλίγον.

pureo, conſiſtentia molli, vocant id Mileſium. Poſt quae quartum ſecundo quidem jam poſito ſimiliter et leve et rarum, verum lanis ſuccidis ſimile. Denique quintum extima ſuperficie laevi circumſcribitur, caeterum interna ſubſtantia aſperum, nullius odoris, guſtu tamen apparens acre, et ſane omnium alcyoniorum eſt calidiſſimum, adeo ut et pilos urere poſſit. Itaque quum duo prima lichenas, alphos, pſoras leprasque adjuvent, praeterea cutem ſplendidiorem competentia virium efficiant, idem praeſtare non poteſt hoc ultimo loco poſitum. Nec enim perinde ut illa cutem duntaxat ſummam extergit, ſed etiam excoriat, usque in profundum cutis penetrans ut etiam ulcera moliatur. Porro quod tertio ordine recenſuimus omnium eſt tenuiſſimum. Itaque uſtum alopecias curat illitum cum vino, colore quidem fulvo, tenui tamen eſſentia. Quartum autem ejusdem cum hoc ſpeciei vires obtinet, verum haud parum imbecilliores.

[δ'. *Περὶ ἁλῶν.*] *Ἅλες τῆς αὐτῆς κατὰ γένος δυνάμεως οἵ τ' ὀρυκτοὶ καὶ οἱ θαλάττιοι. διαφέρουσι δὲ τῷ μᾶλλον πεπιλῆσθαι τὴν οὐσίαν τῶν ἐκ τῆς γῆς ἁλῶν, διὸ καὶ τὸ παχυμερές τε καὶ στῦφον ἐν τούτοις μᾶλλόν ἐστιν. οἱ μὲν οὖν θαλάττιοι τήκονται παραχρῆμα περιχυθέντος ὕδατος αὐτοῖς, οἱ δ' ἐκ τῆς γῆς οὐ πάσχουσι τοῦτο. τοῖς θαλαττίοις δ' ὁμοειδεῖς εἰσι καὶ οἱ κατὰ λίμνας τινὰς, ἐχούσας ἁλμυρίδα, γεννώμενοι τοῦ θέρους, ἐξοπτωμένου τοῦ ὕδατος ἐξ αὐτῶν, ὥσπερ καὶ οἱ Τραγάσιοι πλησίον Σμινθίου. συνίσταται γὰρ ἐνταῦθα πρὸς τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων θερμῶν ἱκανῶς ὄντων ὕδωρ δαψιλὲς λιμνάζον οὐκ ἐν πολλῷ χωρίῳ, καὶ τοῦτο τοῦ θέρους ὅλον ἐκδαπανᾶται ξηραινόμενον ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τοῦ τόπου δ' ἁλμυρίδα σύμφυτον ἔχοντος, τὸ ὑπολειπόμενον αὐτοῦ πᾶν ἅλες γίνονται, τὴν ἐπωνυμίαν ἀπό τε τοῦ χωρίου καὶ τῶν ὑδάτων λαμβάνοντες. καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ αὐτοφυῆ κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον ὕδατα Τραγάσια καλεῖται, ξηραντικωτάτης ὄντα δυνάμεως, καὶ χρῶνταί γε πρὸς τοῦτ' αὐτοῖς οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον ἰατροί.*

[5. *De ſale.*] Sal ejusdem genere facultatis eſt, ſive foſſilis ſit ſive marinus, verum hoc differunt, quod ſalis ex terra effoſſi ſubſtantia magis ſit compacta, ac proinde in hoc major eſt partium craſſities et aſtringendi potentia. Itaque marinus affuſa aqua protinus liqueſcit, at foſſili hoc non evenit. Porro ejusdem ſpeciei cum marino eſt qui in ſtagnis quibusdam ſalſedinem habentibus naſcitur aeſtate videlicet, aquis aeſtu ex iis aſſumptis, cujusmodi eſt Tragaſius, non procul a Sminthio. Confluit enim illuc ante aquas ſpontaneas, quae admodum ſunt calidae, copioſa aqua ſtagnans non amplo in loco, et ea aeſtate omnis abſumitur a ſole videlicet arefacta. Porro quoniam locus ipſe ſalſedinem connatam continet, quod reliquum eſt omne, ſal eſt cognominationem a loco pariter et aquis ſortitus. Nam ſpontaneae et ipſae illis in locis aquae Tragaſiae nuncupantur facultate ſumme exiccatoria, et ſane qui in ea regione ſunt medici ad hoc illas accommodant. Porro dictum eſt et de Sodo-

λέλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν Σοδομηνῶν τῶν ἐν τῇ νεκρᾷ θαλάσσῃ καλουμένῃ γεννωμένων ἐν τῷ τετάρτῳ γράμματι, καὶ εἴ τις ἐκεῖνο τὸ βιβλίον ἀνέγνωκεν ἐπιμελῶς, ἀναμνήσεως αὐτῷ μόνον δεήσει νῦν, ὥστε ῥηθείσης τῆς γευστῆς ποιότητος αὐτὸν ἐπίστασθαι τὴν δύναμιν τοῦ φαρμάκου. τῆς οὖν ἁλυκῆς ποιότητος διαφορούσης τε ἅμα καὶ συναγούσης τὴν πλησιάζουσαν οὐσίαν, τὸ καλούμενον ἀφρόνιτρον ἐν τούτῳ τὴν διαφορὰν ἔχει, καθόσον ἕνα μόνον ἐν τούτῳ τὸν ἐπικρατοῦντα χυμὸν ἐναργῶς ἔστιν ἰδεῖν, ὃν ὀνομάζουσι πικρὸν, διαφορητικὴν ἔχοντα δύναμιν, συνακτικὴν δ' οὐκ ἔχοντα, καθάπερ οἱ ἅλες. οὗτοι γὰρ ὅσον μὲν ὑγρόν ἐστιν ἐν τοῖς σώμασι, τοῦτο πᾶν ἐκβόσκονται· τὸ δ' ὑπόλοιπον τῆς στερεᾶς οὐσίας συνάγουσι τῇ στύψει, διὸ καὶ ταριχεύουσι [317] καὶ ἄσηπτα φυλάσσουσι τὰ σώματα τῶν σηπομένων, ὑγρότητα περιττωματικὴν ἐχόντων ἀδιάλυτόν τε καὶ ἄσφιγκτον τὴν οὐσίαν. οἷς τοίνυν σώμασι μηδ' ὅλως ἐστὶν ὑγρότης περιττὴ, καθάπερ τῷ καλλίστῳ μέλιτι, καὶ πεπίληται τὸ στερεὸν σῶμα, καθάπερ τοῖς λίθοις, ἀδύνατον τούτοις σαπῆ-

menis in mari mortuo provenientibus in quarto libro, quem ſi quis librum diligenter perlegerit, illi tantum refricare memoriam nunc opus eſt, ut expoſita guſtus qualitate ipſe medicamenti facultatem cognoſcat. Igitur quum qualitas ſalſa digerat ſimul et contrahat contactam ab ipſa ſubſtantiam, aphrolitron in hoc differt, quod in ipſo unum modo ſaporem exuperantem evidenter ſit videre, quem vocant amarum, vim habentem digerendi, haud etiam contrahendi, uti ſal. Nam hic quicquid in corporibus humidum ineſt, id totum abſumit, et quod reliquum eſt ſubſtantiae ſolidae aſtrictione contrahit, ac proinde etiam conditura ſua carnes ſervat et a putredine tuetur, quippe quae putreſcunt, excrementitium continent humorem ſubſtantiamque tum diſſolubilem tum minime compactam. Quibus ergo corporibus nulla prorſum eſt humiditas ſuperflua, ceu melli optimo, et corpus ſolidum et compactum eſt, ceu lapidibus, ea ut putreſcant

ναι, διόπερ καὶ ἡ τῶν ἁλῶν χρῆσις οὐκ ἐπὶ τούτων εὐδόκιμος, ἀλλ' ὑφ' ὧν ὕποπτος ἡ σῆψις.

[ε'. Περὶ ἁλῶν κεκαυμένων.] Ἅλες κεκαυμένοι τὸ μὲν διαφορητικὸν μᾶλλον ἔχουσι τῶν ἀκαύστων, εἰς ὅσον αὐτῶν λεπτομερέστερον γίγνεται τὸ σῶμα, τὴν ἀπὸ τοῦ πυρὸς λαμβάνον δύναμιν, ὡς κἀπὶ τῶν ἄλλων ἐδείχθη τῶν κεκαυμένων συμβαίνειν, οὐ μὴν ὁμοίως γε τοῖς ἀκαύστοις συνάγειν καὶ πιλοῦν τὴν στερεὰν οὐσίαν ἔτι δύνανται.

[στ'. Περὶ νίτρου.] Νίτρον. ἐδείχθη καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον ἐν τῷ μεταξὺ δύναμιν ἔχον ἁλῶν τε καὶ ἀφρονίτρου.

[ζ'. Περὶ ἁλὸς ἄνθους.] Ἁλὸς ἄνθος, ἔνιοι μὲν ὡς ἓν ὄνομα τὸ ἁλόσανθον, ἔνιοι δὲ καὶ διαιροῦντες ἁλὸς ἄνθος ὀνομάζουσιν. ἔστι δ' ὑγρὸν τοῦτο τὸ φάρμακον λεπτομερέστερον καὶ τῶν κεκαυμένων ἁλῶν, δριμύ τε τῇ ποιότητι καὶ διαφορητικὸν ἱκανῶς τῇ δυνάμει.

[η'. Περὶ ἁλὸς ἄχνης.] Ἁλὸς ἄχνη, ἀφρῶδές ἐστιν ἐπάνθισμα τῶν ἁλῶν λεπτομερεστέρας πολὺ φύσεως ὑπάρ-

eft impoffibile. Ac proinde in his falis non probatur ufus, verum in iis in quibus fufpecta putredo.

[5. *De fale ufto.*] Sal uftus digerit quidem potentius quam uftionis expers, quanto fcilicet fubtilius ipfius corpus accepta ab igne facultate redditur, velut et in aliis quae combufta funt evenire diximus, verum non ficut ille qui non eft uftionem expertus, folidam ipfam fubftantiam contrahere conftringereque poteft.

[6. *De nitro.*] Litrum. Oftenfum eft et hoc medicamentum in medio falis et aphrolitri vires habere.

[7. *De falis flore.*] Halos anthos. Quidam ut unum nomen halofanthos, quidam dividentes halos anthos nominant. Eft autem hoc medicamentum liquidum, tenuiorum etiam partium quam fal uftus, tum acris qualitatis et admodum digerentis facultatis.

[8. *De fpuma falis.*] Halos achne fpumofa eft falis efflorefcentia multo tenuioris naturae quam fal ipfe; quare

χον αὐτῶν τῶν ἁλῶν, ὥστε καὶ λεπτύνειν καὶ διαφορεῖν πολὺ μᾶλλον αὐτῶν δύναται, τὸ δ᾽ ὑπόλοιπον τῆς οὐσίας συνάγειν καθάπερ οἱ ἅλες οὐ δύναται.

[θ'. Περὶ ἀσφάλτου.] Ἄσφαλτον. ἕν τι καὶ τοῦτο τῶν ἐν ὕδατι θαλαττίῳ γεννωμένων καὶ ἄλλῳ τινὶ τῶν ὁμοίων θαλάττῃ, καθάπερ ἐν Ἀπολλωνίᾳ τε τῇ κατ᾽ Ἤπειρον καὶ τἄλλα χωρία τοιαῦτα, πολλοῖς ὕδασιν αὐτοφυέσιν οἷον ἀφρὸς, ἐποχούμενον (152) εὑρίσκεται τὸ φάρμακον τοῦτο μαλακὸν μὲν ὂν, ὁπότ᾽ ἐπινήχεται, μετὰ δὲ ταῦτα ξηραινόμενον, ὡς σκληρὸν γίνεσθαι μᾶλλον τῆς ξηρᾶς πίττης.

[ι'. Περὶ ἀσφάλτου γεννωμένου ἐν τῇ νεκρᾷ θαλάσσῃ.] Καλλίστη δ᾽ ἄσφαλτος γεννᾶται κατὰ τὴν νεκρὰν ὀνομαζομένην θάλασσαν. ἔστι δ᾽ αὐτὴ λίμνη τις ἁλμυρὰ κατὰ τὴν κοίλην Συρίαν. ἡ δὲ δύναμις τοῦ φαρμάκου ξηραντική τ᾽ ἐστὶ καὶ θερμαντικὴ κατὰ τὴν δευτέραν που τάξιν. εἰκότως οὖν αὐτῷ χρῶνται πρός γε [318] τὰς κολλήσεις τῶν ἐναίμων τραυμάτων πρὸς τἄλλα, ὅσα ξηραίνειν δεόμενα μετὰ τοῦ θερμῆναι μετρίως.

et extenuare et digerere multo plus ipſo poteſt, verum quod ſubſtantiae eſt reliquum contrahere ut ſal nequit.

[9. *De bitumine.*] Bitumen unum et ipſum eſt ex iis quae in aqua marina proveniunt, et in alia quapiam quae non eſt marinae diſſimilis, ut in Apollonio Epiri. Et per alia id genus loca multa, aquis ſponte naſcentibus ceu ſpuma quaedam innatans hoc medicamentum reperitur. Et molle quidem eſt dum innatat, poſtea vero reſiccatum pice ſicca durius efficitur.

[10. *De bitumine proveniente in mari mortuo.*] Optimum vero bitumen in mari quod mortuum vocant provenit. Eſt autem id ſtagnum ſalſum in cava Syria. Caeterum medicamenti ipſius vis eſt tum reſiccatoria tum calefactoria in ſecundo ordine. Merito itaque eo utuntur et ad glutinationes vulnerum cruentorum et ad alia omnia quae exiccari debent cum modica calefactione.

[ια'. Περὶ σπόγγου.] Σπόγγος ὁ μὲν κεκαυμένος δριμείας ἐστὶ καὶ διαφορητικῆς δυνάμεως. ἐχρῆτο δ' αὐτῷ τις τῶν ἡμετέρων διδασκάλων καὶ πρὸς τὰς ἐν ταῖς χειρουργίαις αἱμοῤῥαγίας, ἕτοιμον ἔχων ξηρὸν μὲν καὶ ἄνικμον, δεδευμένον δὲ μάλιστα μὲν ἀσφάλτῳ, μὴ παρούσης δὲ ταύτης πίττῃ, προσετίθει δ' αὐτὸν τοῖς αἱμοῤῥαγοῦσι χωρίοις, ἔτι καιόμενον, ὡς ἐσχαροῦσθαί τε ἅμα τὸ μόριον καὶ οἷον πῶμά τι λαμβάνειν αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ καυθέντος σπόγγου. καινὸς δ' ὁ σπόγγος αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν οὐχ ὡς ἔριον ἢ μοτὸς τιλτὸς, ὕλη μόνον ἐστὶ τῶν ἐπιβρεχομένων ὑγρῶν, ἀλλὰ καὶ ξηραίνει σαφῶς. εἴσῃ δὲ χρησάμενος ἐπὶ τραύματος αὐτῷ μόνῳ μεθ' ὕδατος ἢ ὀξυκράτου ἢ οἴνου κατὰ τὰς τῶν σωμάτων διαφορὰς, ὡς προείρηται, κολλήσει γὰρ αὐτὰ παραπλησίως τοῖς ἐναίμοις ὀνομαζομένοις φαρμάκοις. εἰ δὲ μὴ καινὸς, ἀλλ' ἀπὸ χρήσεως εἴη, γνώσῃ σαφῶς ὅσον ἀπολείπεται τοῦ καινοῦ κατὰ τραυμάτων ἐπιτιθέμενος εἴτ' οὖν ὕδατι βεβρεγμένος εἴτ' οἴνῳ εἴτ' ὀξυκράτῳ. καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν ἐπὶ τοῦ καινοῦ σπόγγου, διασωζομένης ἔτι τῆς δυνά-

[11. *De fpongia.*] Spongia ufta acris eft et digerentis facultatis. Utebatur ea praeceptorum meorum quidam ad fanguinis eruptiones, quae manuali opera indigent, in quem ufum femper eam paratam habebat ficcam et exarefactam; quum vero res poftularet, bitumine in primis imbuebat, fin eo careret, pice. Porro admovebat eam partibus fanguine profluentibus etiamnum ardentem, ut et crufta parti induceretur, et ipfum fpongiae uftae corpus ceu operculum acciperet. Caeterum fpongia nova non ficut lana aut linamentum materia duntaxat eft, quae humores irrigando excipiat, fed etiam manifefte deficcat. Id quod fcies, fi ea fola utaris in vulnere cum aqua aut oxycrato aut vino pro diverfitate videlicet corporum, uti eft ante dictum. Glutinabit fiquidem ea fimiliter atque medicamenta quae vocant enaema. At fi non nova fit, fed ufui accommodata, palam cognofces quantum a nova fuperetur, fi vulneribus eam imponas five cum aqua five cum oxycrato five cum vino. Nec mirum eft, cum in fpongia nova fervetur etiam-

μεως ἣν ἐκ τῆς θαλάττης εἶχε, ξηραίνεσθαι μετρίως τὰ σώματα. ταῦτα δὲ δύναται ποιεῖν, ὅταν ἔτι διασώζῃ τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης ὀσμὴν, ὡς ἔν γε τῷ χρόνῳ, κἂν μηδέπω πρὸς χρῆσιν ἡγμένος ᾖ, τήν τ' ὀσμὴν ἀπόλλυσι καὶ ξηραίνειν ὁμοίως οὐ δύναται.

[ιβ'. Περὶ γάρου.] Γάρος δυνάμεώς ἐστι θερμῆς ἱκανῶς καὶ ξηρᾶς, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὰ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν ἐχρήσαντό τινες αὐτῷ τῶν ἰατρῶν, ἐνιᾶσί τε τοῖς δυσεντερικοῖς τε καὶ ἰσχιαδικοῖς.

[ιγ'. Περὶ ἅλμης.] Ἅλμη τῶν ταριχηρῶν ἰχθύων ὁμοίως τῷ γάρῳ πρός τε τὰς σηπεδόνας ἁρμόζει καὶ πρὸς ἰσχιάδας καὶ δυσεντερίαν ἐνιεμένη, τῇ δὲ δριμύτητι τοὺς μὲν τὸ ἰσχίον ἐνοχλοῦντας χυμοὺς ἐπισπᾶται καὶ διὰ τῶν ἐντέρων ἐκκενοῖ, τὰ δὲ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν ἐν τῇ δυσεντερίᾳ περικλύζει τε καὶ ξηραίνει. μάλιστα δὲ τῇ τῶν ταριχηρῶν σιλούρων καὶ τῇ τῶν μαινίδων ἅλμῃ πρὸς τὰ τοιαῦτα κέχρηνταί τινες ἰατροὶ, καὶ ἡμεῖς δ' ἐπὶ τῶν ἐν στόματι σηπεδονωδῶν ἑλκῶν ἐχρησάμεθα.

num ea quam a mari accepit facultas modice corpora exiccandi. Atque haec quidem praeſtare poteſt, quum etiamnum ſervat maris odorem. Nam temporis ſpatio, etiam ſi nunquam uſui accommodata ſit, tamen et odorem maris amittit nec aeque deſiccare poteſt.

[12. *De garo.*] Garus facultatem habet multum et calidam et ſiccam, ac proinde ex eo medici quidam ad ulcera uſi ſunt putreſcentia, tum dyſentericis iſchiadicisque injiciunt.

[13. *De muria.*] Salſugo piſcium ſalſorum ſimiliter garo et ad putredines accommodatur, et ad iſchiadas dyſenteriasque infunditur. Et acrimonia quidem humores coxam infeſtantes attrahit, ac proinde inteſtina evacuat. Putreſcentia vero ulcera in dyſenteria colluit atque deſiccat. Maxime vero ſalſugine ſalſorum ſilurorum et maenidum ad talia uti medici quidam aſſolent. Et nos ſane ad ulcera in ore putrida accommodavimus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΠΟΥΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Chart. XIII. [319.] Ed. Baſ. II. (152.)

Κεφ. α΄. Ὅτι μὲν οὐ μόνον τὸ θεραπευόμενον πάθος ἐνδείκνυται τὴν θεραπείαν, ἀλλ᾽ ἥ τε τοῦ κάμνοντος κρᾶσις ἥ τε τοῦ πάσχοντος μορίου φύσις οὐ μικρὸν συνενδείκνυται, δέδεικται πρόσθεν ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασιν, ὥσπερ γε καὶ ὅπως ἄν τις ἐκ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων σύνθετον αὐτὸς ποιοῖ διὰ συντόμου μὲν ἐν ἐκείνοις, πλατύτερον δ᾽ ἐν τοῖς πρὸ τούτου βιβλίοις ἑπτὰ τὴν μεθό-

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS LIBER I.

Cap. I. Quod non ſolum is qui curatur affectus curationem ipſam indicet, ſed quod tum ipſius aegri temperamentum tum affectae partis natura non parum indicent, antea in commentariis de medendi methodo eſt monſtratum, quemadmodum etiam quomodo quis ex ſimplicibus medicamentis per ſe compoſitum aliquod faciat compendio quidem in illis, fuſius in vero in ſeptem libris ante hunc

δον ἅπασαν ἐδήλωσα. νυνὶ δὲ τὰς καθ' ἕκαστον μέρος τοῦ σώματος ἁρμοττούσας δυνάμεις φαρμάκων, ὅπως ἄν τις αὐτός τε κατασκευάζοι μεθόδῳ καὶ ταῖς ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν εὑρημέναις ὀρθῶς χρῷτο, πρόκειται διελθεῖν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀρξαμένοις, ὡς καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἅπασιν ἔδοξεν. συμβαίνει δ' αὐτῇ τὰ μὲν πλεῖστα τῶν παθῶν κοινὰ τοῖς ἄλλοις πᾶσι μέρεσιν, τὸ δὲ τῶν τριχῶν πάθος ὀλίγοις κεκοινώνηται, διότι καὶ τὸ τετριχῶσθαι κατὰ πρῶτον λόγον οὐ πολλοῖς ὑπάρχει. γένεσις μὲν γὰρ ταῖς θριξὶν, οἵαπερ ἡ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων, ὡς ἐν τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασιν ἐδείχθη. καθάπερ δὲ ἐν τούτοις τὰ μὲν κατὰ τέχνην καὶ προαίρεσιν τοῦ γεωργοῦ, τὰ δὲ κατὰ τὰς φυσικὰς αἰτίας γεννᾶται, τὸν αὐτὸν τρόπον κἀν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν [320] ἀρούρᾳ μέν τινι πυροὺς ἢ κριθὰς, ἤ τι τῶν ἄλλων δημητρίων σπερμάτων ἐν αὐτῇ φυομένων ἐχούσῃ τῆς κεφαλῆς ἐοικυίας, ταῖς δ' ἄλλαις πόαις ὅσαι κατὰ τἀνώτερα χωρία φύονται τῶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι τριχῶν ὁμοίαν

item editis univerfalem methodum oftendimus. Nunc vero quomodo quis per fe methodo medicamentorum facultates dirigat ad fingulas corporis partes congruentes atque iis quae a prioribus medicis inventae funt recte utatur, percurrere propofitum eft, a capite initio facto, ficuti omnibus, qui nos praeceflerunt eft vifum. Accidunt autem ipfi capiti plurimae affectiones cum reliquis omnibus partibus communes, verum capillorum affectionem cum paucis communem habet; propterea quod etiam pilofum effe ex primaria ratione haud multis ineft. Generatio enim pilorum eadem eft quae terrae nafcentium, quemadmodum in libris de temperamentis eft demonftratum. Quemadmodum autem in iis quaedam arte et arbitrio agricolae, quaedam vero naturalibus caufis proveniunt, eodem modo et in animalium corporibus. Arvo enim cuipiam triticum aut hordeum aut quidpiam caeterorum cerealium feminum in fe orientium habenti caput affimilatur, aliis vero herbis pili, qui in fuperiori parte nafcuntur, qui his qui funt in toto corpore pilis fimilem

ἐχουσῶν τὴν γένεσιν. οὐ γὰρ κατὰ πρῶτον λόγον ἡ φύσις αὐτὰς εἴωθε γεννᾷν, ἀλλὰ κατά τι συμβεβηκός. αἵ γε μὴν κατά τε βλέφαρα καὶ τὰς ὀφρῦς ἐδείκνυντο χρείαν οὐ μικρὰν παρέχουσαι τοῖς ζώοις. αἱ δ᾽ ἐπὶ τῶν γενείων τε καὶ τῶν αἰδοίων ἕνεκα μικροτέρων χρειῶν γεγονέναι δοκοῦσι, διὸ καὶ τὰ πάθη μάλιστα μὲν τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς τε καὶ ταῖς ὀφρύσιν ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν θεραπείαν ἡμᾶς προτρέπει, δεύτερα δ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῖς τῶν κατὰ τὴν κεφαλὴν, εἶτα γενείων τε καὶ αἰδοίων. ἔστι δὲ τὰ πάθη τῶν τριχῶν ἥ τε παντελὴς ἀπώλεια καὶ ἡ κατὰ χρόαν ὑπαλλαγὴ, καθάπερ ἐν ταῖς καλουμέναις λεύκαις γίνεται, καὶ πρὸς τούτοις ἐν ἀλωπεκίαις τε καὶ ὀφιάσεσιν οὐ μικρὰ καὶ ἀπρεπὴς ἅμα βλάβη γίγνεται τῶν τριχῶν. ἔνιοι μὲν οὖν ὑπέσχοντο καθάπερ ταύτας, οὕτω καὶ τὰς ἀρχομένας φαλακρώσεις κωλύειν αὐξηθῆναι. εἰσὶ δ᾽ οἳ τοῦτο μὲν ἀδύνατον εἶναί φασιν, ἐπὶ δὲ τὴν τῶν ἀλωπεκιῶν τε καὶ ὀφιάσεων ἀφικόμενοι θεραπείαν ἔγραψαν φάρμακα δι᾽ ὧν ἐπαγγέλλονται τελέως αὐτὰς ἰάσασθαι. καὶ δὴ καὶ χρώμενοι τοῖς γεγραμμένοις ὑπ᾽ αὐτῶν

habent generationem, non enim fecundum primam rationem, fed per accidens quoddam natura eos generare folet. At pili cum palpebrarum tum fuperciliorum non parvum ufum animalibus exhibere oftendebantur, menti vero et pudendorum pili minoris utilitatis gratia producti videntur. Quapropter etiam affectiones pilorum in oculis et fuperciliis in primis nos ad fui curationem adhortantur; fecundum vero locum capitis capillorum affectiones habent, deinde menti et pudendorum. Sunt autem pilorum affectiones perfecta perditio et coloris ipforum alteratio, velut in vitiligine alba leuce appellata fieri confuevit. At haec etiam in alopeciis et ophiafi non modicum atque indecorum detrimentum fimul capillis accedit. Quidam igitur promiferunt veluti has, fic etiam incipientem calviciem fe ne augefcant prohibituros: funt autem qui hoc impoffibile effe dicant. Ad alopeciarum autem et ophiafis curationem accedentes pharmaca fcripferunt, per quae perfectam ipfarum fanationem pollicentur. At vero plerique medici ex ipforum ufu

Ed. Chart. XIII. [320.] Ed. Baſ. II. (152. 153.)

